boni: ſed bonum eſt quod habet rationem finis: ergo con
tra rationem finis eſt ꝙ procedatur in infinitum: neceſſe ē
ergo ponere vnum vltimum finem. ℂ Reſpondeo dicē
dum: ꝙ per ſe loquendo impoſſibile eſt in finibus proce/
dere in infinitum ex quacūqꝫ parte. in omnibus enim que
per ſe habent ordinem adinuicem. oportet ꝙ remoto pri/
mo remoueantur ea que ſunt ad primum. Unde philo/
ſophus probat in. 8°. phyſicorum ꝙ non eſt poſſibile in
cauſis mouentibus procedere in infinitum. quia non eſſet
primum mouens quo ſubtracto alia mouere non poſſunt
cum non moueant niſi per hoc ꝙ mouentur a primo mo/
uente. in finibus autem inuenitur duplex ordo. ſ. ordo intē
tionis: ⁊ ordo executionis. ⁊ in vtroqꝫ ordine oportet eſſe
aliquid primum: id enim quod eſt primum in ordine intē/
tionis eſt quaſi principium mouens appetitum: vnde ſub
tracto principio appetitus a nullo moueretur: id auteꝫ qđ
eſt principium in executione eſt: vnde incipit operatio: vn/
de iſto principio ſubtracto nullus inciperet aliquid opera/
ri. principium autem intentionis eſt vltimus finis. princi/
pium autem executionis eſt primum eorum que ſunt ad
finem. ſic ergo ex neutra parte poſſibile eſt in infinitum p/
cedere quia ſi nō eſſet vltimus finis nihil appeteretur: nec
aliqua actio terminaretur: nec etiam quieſceret intētio agē
tis. Si autem non eſſet primum in his que ſunt ad finem:
nullus inciperet aliquid operari nec terminaretur cōſiliū:
ſed in infinitum procederet: ea vō que non habent ordinē
per ſe: ſed per accidens ſibi inuicem coniunguntur: nihil
prohibet infinitatē habere: cauſe. n. per accidēs īdetermi/
nate ſunt: ⁊ hoc ēt modo conuenit eē infinitatē per accidēs
in finibus: ⁊ his que ſunt ad fines. ℂ Ad primuꝫ ergo di/
cendum: ꝙ de ratione boni eſt ꝙ aliquid ab ipō effluat. nō
tamen ꝙ ipſum ab alio procedat: ⁊ ideo cum bonum ha/
beat intentionē finis: ⁊ primum bonum ſit vltimus finis:
ratio iſta non probat ꝙ non ſit vltimus finis. ſed ꝙ a fine
primo ſuppoſito procedatur in infinitum inferius verſus
ea que ſunt ad finem: ⁊ hoc quidem competeret ſi conſi/
deraretur ſola virtus primi boni que eſt infinita: ſed quia
primum bonum habet diffuſionem ſm intellectum cuius
eſt ſm aliquam cauſam certam profluere in cauſata: aliqs
certus modus adhibetur bonorum effluxui a primo bo/
no a quo omnia bona participant virtutem diffuſiuam. ⁊
ideo diffuſio bonorum non procedit in infinitum. ſed ſicut
dicitur Sap. 11. Deus omnia diſpoſuit in numero pōdere
⁊ menſura. ℂ Ad ſecundum dicendum: ꝙ in his que ſūt
per ſe: ratio incipit a principijs naturaliter notis ⁊ ad ali/
quem terminum progreditur: vnde philoſophus probat
in primo poſteriorum: ꝙ in demonſtrationibus non ē pro
ceſſus in infinitum: quia demonſtrationibus attēdit̄ ordo
aliquorum per ſe: adinuicem connexorum ⁊ non per acci
dens: in his autem que per accidens connectuntur nihil
prohibet rationem in infinitum procedere: accidit autem
q̄titati aut numero preexiſtenti inquantum huiuſmodi ꝙ
ei addatur quantitas aut vnitas: vnde in huiuſmodi nihil
prohibet rationem procedere in infinitum. ℂ Ad tertium
dicendum: ꝙ illa multiplicatio actuum voluntatis reflexe
ſupra ſeipſam per accidens ſe habet ad ordinem finium:
quod patet ex hoc ꝙ circa vnum ⁊ eundem actum indif/
ferenter ſemel vel pluries ſupra ſeipſā volūtās reflectit̄.

**Ad quintū** ſic ꝓcedit̄. Uīr ꝙ poſſibile ſit vo/
luntatem vnius hominis in plura
ferri ſimul ſicut in vltimos fines. Dicit enim Auguſti. 19.
de ciui. dei: ꝙ quidam vltimum hominis finem poſuerūt
in quatuor. ſ. voluptate: in quiete: in bonis nature ⁊ in vir
tute: hec autem manifeſte ſunt plura. ergo vnꝰ homo po/
teſt conſtituere vltimum finem ſue voluntatis in multis.
ℂ P̄. Que non opponuntur adinuicem ſe inuicem non

excludunt: ſed multa inueniuntur in rebus que ſibi inui/
cem non opponuntur. ergo ſi vnum ponat̃ vltim⁹ finis vo
luntatis non propter hoc alia excluduntur. ℭ P̃. Volun/
tas per hoc ꝙ cõſtituit vltimũ finem in aliquo ſuam libe/
ram potentiam non amittit: ſed anteꝗ̃ cõſtitueret vltimũ
finem ſuum in illo: puta in voluptate: poterat conſtituere
finem ſuum vltimũ in alio: puta ĩ diuitijs. ergo etiã poſtꝗ̃
cõſtituit aliquis vltimũ finẽ ſue volũtatis in voluptate põt
ſimul conſtituere vltimum finem in diuitijs. ergo poſſibi/
le eſt vnius hominis voluntatem ſimul ferri in diuerſa: ſi/
cut in vltimos fines. ℭ Sed ꝯ. illud in quo quieſcit aliqs
ſicut in vltimo fine: hominis affectui dominatur: q: ex eo
totius vite ſue regulas accipit: vnde guloſis dicitur Phil'.
3°. Quorum deus venter eſt: q:. ſ. conſtituunt finem ĩ de/
litijs ventris: ſed ſicut dicitur Math. 7°. Nemo põt duo/
bus dominis ſeruire adinuicem. ſ. non ordinatis. ergo im
poſſibile eſt eſſe plures vltimos fines vnius hominis ad/
inuicem non ordinatos. ℭ Rñdeo dõm: ꝙ impoſſibile ẽ
ꝙ voluntas vnius hominis ſimul ſe habeat ad diuerſa ſi/
cut ad vltimos fines: cuius ratio poteſt triplex aſſignari.
ℭ Prima eſt: q: cum vnũquodq; appetat ſuam perfe/
ctionem illud appetit aliquis vt vltimum finem: quod ap
petit vt bonum perfectum ⁊ cõplemẽtum ſuipſius. Vn/
de Auguſtinus dicit. 19°. de ciuitate dei. Finem boĩuꝫ nũc
dicimus non ꝙ cõſumitur vt non ſit: ſed quod perficit̃ vt
plene ſit. oportet igitur ꝙ vltimus finis ita ipleat totuꝫ ho/
minis appetitum ꝙ nihil extra ipſum appetendum relin/
quat̃: quod eſſe non poteſt ſi aliquid extraneum ad ipſius
perfectionem requiratur: vnde non poteſt eſſe ꝙ ĩ duo ſic
tendat appetitus ac ſi vtrũq; ſit bonũ perfectũ ipſius.
ℭ Secunda ratio eſt: q: ſicut in proceſſu rationis pñcipiũ
eſt id quod naturaliter cognoſcitur: ita in proceſſu rationa/
lis appetitus qui eſt voluntas oportet eſſe principiũ id qđ
naturaliter deſideratur: hoc autem oportet eſſe vnũ: q: na
tura non tendit niſi ad vnum: principium autem in proceſ/
ſu rationalis appetitus eſt vltimus finis: vnde oportet id ĩ
quod tendit voluntas ſub ratione vltimi finis eſſe vnum.
ℭ Tertia ratio eſt: quia cũ actiones voluntarie ex fine ſpe
ciem ſortiantur: ſicut ſupra habitum eſt: oportet ꝙ a fine
vltimo qui eſt cõmunis ſortiantur rationem generis: ſicut
⁊ naturalia ponuntur in genere ſm formalem rationeꝫ ra
tionem communem: cum igitur omnia appetibilia volun
tatis inquantum huiuſmodi ſint vnius generis: oportet vl
timum finem eſſe vnum: ⁊ precipue quia in quolibet ge/
nere eſt vnum primum principium: vltimus autem finis
habet rationem primi principij: vt dictum eſt: ſicut autem
ſe habet vltimus finis ſimpliciter ad totum humanũ ge/
nus: ita ſe habet vltimus finis huius hominis ad hũc ho/
mineꝫ: vnde oportet ꝙ ſicut omnium hoĩum eſt naturali
ter vnus finis vltimus: ita huius hominis voluntas ĩ vno
vltimo fine ſtatuatur. ℭ Ad primuꝫ ergo dicendũ: ꝙ oĩa
illa plura accipiebantur in ratione vnius boni pfecti ex his
conſtituti ab his qui in eis vltimum finem ponebant.
ℭ Ad 2m dõm: ꝙ ſi plura accipi poſſunt que adinuicem
oppoſitionem non habeant: tamen bono perfecto oppo/
nitur ꝙ ſit aliquid de perfectione rei extra ipſum. ℭ Ad
3m dõm: ꝙ poteſtas voluntatis non habet vt faciat oppo
ſita eſſe ſimul: quod contingeret ſi tenderet in plura diſpe/
rata: ſicut in vltimo fine: vt ex dictis patet.

**Ad ſextum** ſic proceditur. Videtur ꝙ nõ oĩa
queq; vult homo propter vl/
timum finem velit: ea enim que ad finem vltimum ordi/
nantur serioſa dicuntur quaſi vtilia: ſꝫ iocoſa a ſerioſis diſti
guuntur. ergo ea que homo iocoſe agit non ordinat ĩ vlti/
mum finem. ℭ Preterea. Philoſophus dicit in princi/
pio metaph. ꝙ ſcientie ſpeculatiue propter ſeipſas querun
tur: nec tamen poteſt dici ꝙ quelibet earum ſit vltimus fi
nis. ergo non omnia que homo appetit: appetit propter
vltimum finem. ℭ Preterea. Quicquid ordinat aliquid
in finem cogitat de illo fine: ſed non ſemper homo cogitat
de vltimo fine in omni eo quod appetit aut facit: non ergo
omnia homo appetit aut facit propter vltimum finem.
ℭ Sed contra eſt: quod dicit Auguſtinus. 19°. de ciuitate
dei. Illud eſt finis boni noſtri propter quod amantur cete
ra: illud autem propter ſeipſum. ℭ Reſpondeo dicendũ
ꝙ omnia que homo appetit: appetit propter fineꝫ: ⁊ hoc
apparet duplici ratione: Primo quidem: quia quicquid
homo appetit: appetit ſub ratione boni: quod quidem ſi
non appetitur vt bonũ perfectuꝫ quod eſt vltimus finis:
neceſſe eſt vt appetatur tendens in bonum perfectum: q:
ſemper inchoatio alicuius ordinatur ad conſumationem
ipſius: ſicut patet tam in his que fiunt a natura ꝗ̃ in his ꝗ
fiunt ab arte: ⁊ ita omnis inchoatio perfectionis ordinatur
in perfectionem conſumatam que eſt propter vltimum fi
nem. Secundo: quia vltimus finis hoc modo ſe habet ĩ
mouendo appetitum ſicut ſe habet in alijs motionib⁹ pri/
mum mouens. Manifeſtum eſt autem ꝙ cauſe ſecunde
mouentes non mouent niſi ſm ꝙ mouentur a primo mo
uente: vnde ſecunda appetibilia non mouent appetituꝫ ni
ſi in ordine ad primum appetibile quod eſt vltimus finis.
ℭ Ad primum ergo dicendum: ꝙ actiones ludicre ordi/
nantur ad bonum ipſius ludentis: prout ſunt delectantes
vel requiem preſtantes. bonum autem conſumatum ho/
minis eſt vltimus finis eius. ℭ Et ſimiliter dicendum ad
ſecundum de ſcientia ſpeculatiua que appetitur vt bonuꝫ
quoddam ſpeculantis. quod comprehenditur ſub bono
completo ⁊ perfecto: quod eſt vltimus finis. ℭ Ad tertiũ
dicendum: ꝙ non oportet ꝙ vt ſemper aliquid cogitet de
vltimo fine quandocunq; aliquid appetit vel operatur: ſꝫ
virtus prime intentionis que eſt reſpectu vltimi finis ma/
net in quolibet appetitu cuiuſcunq; rei. etiam ſi de vltimo
fine actu non cogitatur: ſicut non oportet ꝙ qui vadit ꝑ viã
in quolibet paſſu cogitet de fine.

**Ad ſeptimũ** ſic proceditur. Videtur ꝙ non
omnium hominum ſit vnus fi
nis vltimus: maxime enim videtur vltimus finis eſſe ho/
minis incommutabile bonum: ſed quidaꝫ auertuntur ab
incommutabili bono peccando. non ergo omnium homi
num vnus eſt vltimus finis. ℭ Preterea. Secũdum vl
timum finem tota vita hominis. ſ. regulatur. ſi igitur eſſet
vnus vltimus finis omnium hominum. ſequeretur ꝙ in
hominibus non eſſent diuerſa ſtudia viuendi. quod patet
eſſe falſum. ℭ P̃. Finis eſt actiõis termin⁹. actiones auteꝫ
ſunt ſingularium. homines autem ⁊ ſi conueniant in natu/
ra ſpeciei: tamen differunt ſm ea que ad indiuidua perti/
nent. non ergo omnium hominum eſt vnus vltimus finis
ℭ Sed contra eſt quod Auguſtin⁹ dicit. 13. trinita. ꝙ oẽs
homines conueniunt in appetendo vltimum finem ꝗ eſt
beatitudo. ℭ Reſpondeo dicendum: ꝙ de vltĩo fine poſ/
ſumus loqui dupliciter. Vno modo ſm rationeꝫ vltimi
finis. Alio modo ſm id in quo finis vltimi ratio inuenit̃.
quantum igitur ad rationem vltimi finis omnes cõueniũt
in appetitu finis vltimi. quia omnes appetunt ſuam per/
fectionem adimpleri que eſt ratio vltimi finis: vt dictũ ẽ:
ſed quantum ad id in quo iſta ratio inuenitur non omnes
homines conueniunt in vltimo fine: nam quidam appe/
tunt diuitias tanꝗ̃ conſumatum bonum: quidam vͦ vo/
luptatem: quidam vͦ quodcunq; aliud: ſicut ⁊ omni gu/
ſtui delectabile eſt dulce: ſed quibuſdam maxime delecta
bilis eſt dulcedo vini: quibuſdam dulcedo mellis aut ali/
cuius talium: illud tamen dulce oportet ſimpliciter eẽ me/
lius delectabile in quo maxime delectatur qui habet opti/
mum guſtum: ⁊ ſimiliter illud bonum oportet eſſe com/
pletiſſimum quod tanꝗ̃ vltimum finem appetit habens
affectum bene diſpoſitum. ℭ Ad pmũ ergo dõm: ꝙ illi ꝗ
peccãt auertũtur ab eo in quo vere inuenitur ratio vltimi
finis: non autem ab ipſa vltimi finis intentione quam que/
runt falſo in alijs rebus. ℭ Ad ſecundum dicendum: ꝙ
diuerſa ſtudia viuendi contingunt in hominibus propter
diuerſas res in quibus queritur ratio ſummi boni. ℭ Ad
tertium dicendum: ꝙ ſi actiones ſint ſingularium: tamen
primum principium agendi in eis eſt natura que tendit ad

vnum: vt dictum eſt.

**Ad octauum** ſic procedit. Videtur ꝙ in vltimo fine hominis etiam omnia alia conueniant. finis enim reſpondet principio: ſed illud quod eſt principium hominum: ſcilicet deus: eſt etiam principium omnium aliorum: ergo in fine hominis omnia alia communicant. ¶ Preterea. Dionyſius dicit in libro de diui. no. ꝙ deus conuertit omnia ad ſeipſum tanꝙ ad vltimum finem: ſed ipſe eſt vltimus finis hominis: quia ſolo ipſo fruendum eſt. ergo in fine vltimo hominis etiam alia conueniunt. ¶ Preterea finis vltimus hominis ē obiectum voluntatis: ſed bonum voluntatis eſt bonum vniuerſale quod eſt finis omnium. ergo neceſſe eſt ꝙ in vltimo fine hominis omnia conueniant. ¶ Sed contra eſt: ꝙ vltimus finis hominum eſt beatitudo quam omnes appetūt: vt Auguſtin⁹ dicit: ſed non cadit in aliqua alia experTia rationis vt beata ſint: ſicut Auguſtinus dicit in libro .83. queſtionum: non ergo in vltimo fine hominis alia conueniunt. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ ſicut philoſophus dicit in quinto metaph. finis dupliciter dicitur: ſcilicet cui⁹ ⁊ quo: idest ipſa res in qua ratio boni inuenitur ⁊ vſus ſiue adeptio illius rei ſicut ſi dicam⁹ ꝙ motus corporis grauis finis eſt locus inferior: vt res: vel hoc quod eſt eſſe in loco inferiori vt vſus: ⁊ finis auari eſt vel pecunia vt res: vel poſſeſſio pecunie vt vſus: ſi ergo loquamur de vltimo fine hominis quantum ad ipſam rem que eſt finis: ſic in vltimo fine hominis omnia conueniunt: quia deus eſt vltimus finis hominis ⁊ omnium aliarum rerum. Si autē loquamur de vltimo fine hominis quantum ad conſecutionem finis: ſic in hoc fine hominis non communicāt creature irrationales: nam homo ⁊ alie rationales creature cōſequuntur vltimum finem cognoſcendo ⁊ amando deū: quod non competit alijs creaturis: que adipiſcuntur vltimum finem inquantum participant aliquam ſimilitudinē dei ſcdm ꝙ ſunt vel viuunt vel etiam cognoſcunt. Et per hoc patet reſponſio ad obiecta: nā beatitudo nominat adeptionem vltimi finis.

## Queſtio. ij.

d

**Deinde** conſiderandū eſt de beatitudine. Primo quidem in quibus ſit. Secundo quid ſit. Tertio qualiter eam conſequi poſſumus. ¶ Circa primū queruntur octo. Primo vtrum beatitudo conſiſtat in diuitijs. Secundo vtrum in honorib⁹. Tertio vtrum in fama ſiue in gloria. Quarto vtrum in poteſtate. Quinto vtrum in aliquo corporis bono. Sexto vtrum in voluptate. Septimo vtrū in aliquo bono anime. Octauo vtrum in aliquo bono creature.

**Ad primū** ſic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo hominis in diuitijs conſiſtat: cū enim beatitudo ſit vltimus finis hominis: in eo cōſiſtit qđ maxime in hominis affectu dominatur: huiuſmodi autem ſunt proprie diuitie: dicitur enim eccleſiaſtes. 10°. Pecunie obediūt omnia. ergo in diuitijs beatitudo hominis cōſiſtit. ¶ Preterea. Secundum Boetium in .3°. de conſola. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus. ſed in pecunijs omnia poſſideri videtur: quia vt philoſophus dicit in quinto ethicorum. Ad hoc nummus eſt inuentus vt ſit quaſi fideiuſſor: habendi: pro eo quodcunq; homo voluerit. ergo in diuitijs beatitudo conſiſtit. ¶ Preterea. Deſiderium ſummi boni cū nunꝙ deficiat videtur eſſe infinitum: ſed hoc maxime in diuitijs inuenitur: quia auarus non implebitur pecunia. vt dicitur eccleſiaſtici. 10°. ergo in diuitijs beatitudo conſiſtit. ¶ Sed contra. Bonum hominis in retinendo beatitudinem magis conſiſtit ꝙ in emittendo ipſam: ſed ſicut Boetius l. 3°. de conſola. dicit. Diuitie effundēdo magis ꝙ coaceruādo melius nitent: ſiquidem auaritia ſemper odioſos: claros facit largitas. ergo in diuitijs beatitudo nō conſiſtit. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ impoſſibile eſt beatitudinem hominis in diuitijs conſiſtere. Sunt enim duplices diuitie: vt philoſophus dicit in primo politicorum: ſcilicet naturales ⁊ artificiales. Naturales quidem diuitie ſunt quibus homini ſubuenitur ad defectus naturales tollendos: ſicut cibus ⁊ potus: veſtimēta vehicula ⁊ habitacula: ⁊ alia huiuſmodi. Diuitie artificiales ſunt quibus ſm ſe non iuuatur: vt denarij: ſed ars humana eos adinuenit propter facultatem commutationis: vt ſint quaſi menſura quedam rerum venalium. Manifeſtum eſt autem ꝙ in diuitijs naturalibus beatitudo hominis eſſe non poteſt. queruntur enim huiuſmodi diuitie ad ſuſtentandum naturam hominis: ⁊ ideo non poſſunt eſſe vltimus finis: ſed magis ordinantur ad hominem ſicut ad finem: vnde in ordine nature omnia huiuſmodi ſunt infra hominem ⁊ propter hominē facta ſm illud ps. Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. Diuitie autem artificiales non queruntur niſi propter naturales: non enim quererentur: niſi quia per eas emuntur res ad vſum vite neceſſarie. vnde multo minus habent rationem vltimi finis. impoſſibile eſt igitur beatitudinē que ē vltimus finis hominis in diuitijs eſſe. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ omnia corporalia obediunt pecunie ꝙtum ad multitudinem ſtultorum qui ſola corporalia bona cognoſcunt: que pecunia acquiri poſſunt: iudicium autem de bonis humanis non debet ſumi a ſtultis ſed a ſapientibus: ſicut ⁊ iudicium de ſaporibus ab his qui habent guſtum bene moderatum. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ pecunia poſſunt haberi omnia venalia: non autē ſpiritualia que vendi non poſſunt. vnde dicitur Prouerbiorū .17. Quid prodeſt ſtulto diuitias habere cum ſapientiam emere non poteſt. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ appetitus naturalium diuitiarum non eſt infinitus: quia ſm certā menſuram ſufficiunt nature. ſed appetitus diuitiarum artificialium eſt infinitus. quia deſeruit concupiſcentie inordinate que non modificatur. vt patet per philoſophū in primo politicorum: aliter tamen eſt infinitum deſiderium diuitiarum ⁊ deſiderium ſummi boni: nam ſummum bonum quanto perfectius poſſidetur: tanto ipſū magis amatur: ⁊ alia contēnuntur: quia quanto magis habetur magis cognoſcitur. ⁊ ideo dicitur eccleſiaſtici .14. Qui edunt me: adhuc eſurient: ſed in appetitu diuitiarum: ⁊ quorumcunq; temporalium bonorum eſt econuerſo: nam quando iam habentur: ipſa contemnuntur: ⁊ alia appetuntur ſcdm ꝙ ſignificatur. Joan. 4. cū dominus dicit. Qui bibit ex hac aqua per quam temporalia ſignificantur: ſitiet iterum. ⁊ hoc ideo: quia eorum inſufficientia magis cognoſcitur cū habentur: ⁊ ideo hoc ipſum oſtendit eorum imperfectionem: ⁊ ꝙ in eis ſummum bonum non conſiſtit.

**Ad ſecūdum** ſic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo hominis in honoribus conſiſtat. beatitudo enim ſiue felicitas eſt premium virtutis. vt philoſophus dicit in primo ethicorum: ſed honor maxime videtur eſſe id quod eſt virtutis premiū: vt philoſophus dicit in .4. ethicorum. ergo in honore maxime contingit beatitudo. ¶ Preterea. Jllud quod conuenit deo: ⁊ excellentiſſimis maxime videtur eē beatitudo que eſt bonum perfectum: ſed huiuſmodi eſt honor: vt philoſophus dicit in .8°. ethicorum ⁊ prima ad Thimot. dicit apoſtolus. Soli deo honor ⁊ gloria. ergo in honore conſiſtit beatitudo. ¶ Preterea. Jllud quod ē magis deſideratum ab hominibus eſt beatitudo: ſed nihil videtur eſſe magis deſiderabile ab hominibus ꝙ honor. quia oēs patiuntur iacturam in omnibus alijs rebus ne patiantur aliquod detrimentum ſui honoris. ergo in honore beatitudo conſiſtit. ¶ Sed contra. beatitudo eſt in beato: honor autem non eſt in eo qui honoratur: ſed magis in honorante qui reuerentiam exhibet honorato: vt philoſoph⁹ dicit in primo ethicorum. ergo in honore beatitudo non conſiſtit. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ impoſſibile eſt beatitudinem conſiſtere in honore: honor enim exhibetur alicui propter aliquam eius excellentiam: ⁊ ita eſt ſignum et teſtimonium quoddam illius excellentie que eſt in hono-

rato: excellentia autem hominis maxime attenditur circa beatitudinem que eſt hominis bonum perfectum: ⁊ ſecundum partes eius: ideſt ſecundum illa bona quib⁹ aliquid beatitudinis participatur: ⁊ ideo honor poteſt quidem conſequi beatitudinem. ſed principaliter in eo beatitudo conſiſtere non poteſt. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ honor non eſt premium virtutis propter quod virtuoſi operantur: ſed accipiunt honorem ab hominibus loco premij: quaſi a non habentibus ad dandum magis. verum autem premium virtutis eſt ipſa beatitudo propter quam virtuoſi operantur: ſi autem propter honorem operarentur: iam non eſſet virtus ſꝫ magis ambitio. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ honor debetur deo: ⁊ excellentiſſimis in ſignum vel teſtimonium excellentie preexiſtentis: non ꝙ ipſe honor faciat eos excellentes. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ex naturali deſiderio beatitudinis quam conſequitur honor: vt dictum eſt: contingit ꝙ homines maxime honorem deſiderant: vnde querunt homines maxime honorari a ſapientibus quorum iudicio credunt ſe eſſe excellentes vel felices.

**Ad tertium** ſic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo hominis conſiſtat in gloria: in eo enim videtur beatitudo conſiſtere quod redditur ſanctis pro tribulationibus quas in mundo patiũtur: huiuſmodi autem eſt gloria. dicit enim apoſtolus Roman. octauo. Non ſunt condigne paſſiones huius temporis ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis ergo beatitudo conſiſtit in gloria. ¶ Preterea. Bonuꝫ eſt diffuſiuum ſui: vt patet per Dionyſium octauo capitulo de diui. nomi. Sed per gloriam bonum hominis maxime diffunditur in notitiam aliorum: quia gloria: vt Ambroſius dicit: nihil aliud eſt q̃ clara cum laude notitia. ergo beatitudo hominis conſiſtit in gloria.
¶ Preterea. Beatitudo eſt ſtabiliſſimum bonorum: hoc autem eſſe videtur fama vel gloria: quia per hanc quodammodo homines eternitatem ſortiuntur: vnde Boetius dicit in libro de conſolatione. Vos immortalitatem nobis propagare videmini cum futuri famam temporis cogitatis. ergo beatitudo conſiſtit in fama ſeu gloria. ¶ Sed contra. Beatitudo eſt verum hominis bonum: ſed famam ſeu gloriam contingit eſſe falſam: vt enim dicit Boetius in libro quarto de conſolatione. Plures magnum ſepe nomen falſis vulgi opinionibus attulerunt: quo quid turpius excogitari poteſt: naꝫ qui falſo predicantur ſuis ipſi neceſſe eſt laudibus erubeſcant. non ergo beatitudo hominis conſiſtit in fama ſeu gloria. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ impoſſibile ē beatitudinem hominis in fama ſeu gloria humana conſiſtere: nam gloria nihil aliud eſt q̃ clara notitia cũ laude: vt Ambroſius dicit. Res autem cognita aliter comparatur ad cognitionem diuinam: ⁊ aliter ad cognitionem humanam: humana eniꝫ cognitio a rebus cognitis cauſatur: ſed diuina cognitio eſt cauſa rerum cognitarum: vnde perfectio humani boni que beatitudo dicitur: non poteſt cauſari a notitia humana: ſed magis notitia humana de beatitudine alicuius procedit ⁊ quodammodo cauſatur ab ipſa humana beatitudine: vel inchoata vel perfecta: ⁊ ideo in fama vel in gloria non poteſt conſiſtere hominis beatitudo ſed bonum hominis dependet ſicut ex cauſa ex cognitione dei: ⁊ ideo ex gloria que eſt apud deuꝫ dependet beatitudo hominis: ſicut ex cã ſua: ſcḋm illud pſalmi. Eripiam eum ⁊ glorificabo euꝫ: longitudine dierum adimplebo eum: ⁊ oſtendam illi ſalutare meum. Eſt etiam aliud conſideranduꝫ ꝙ humana notitia ſepe fallitur ⁊ precipue in ſingularibus contingentibus cuiuſmodi ſunt actus humani: ⁊ ideo frequẽter humana gloria fallax eſt: ſed quia deus falli non poteſt: eius gloria vera eſt: propter quod dicitur. 2. ad Corinth. 10°. Ille probatus eſt quem deus commendat. ¶ Ad primum ergo dicendam: ꝙ apoſtolus non loquitur illud de gloria que eſt ab hominibus: ſed de gloria que eſt a deo coram angelis eius: vnde dicitur i Mar. octauo. Filius hominis confitebitur euꝫ in gloria patris ſui coram angelis eius. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ bonum alicuius hominis quod per famam vel gloriaꝫ eſt in cognitione multorum: ſi cognitio quidem vera ſit: oportet ꝙ deriuetur a bono exiſtente in ipſo: ⁊ ſic preſupponit perfectam beatitudinem vel inchoatam. Si autem cognitio falſa ſit: non concordat rei ⁊ ſic bonum non inuenitur in eo cuius fama celebris habetur: vnde patet ꝙ fama nullo modo poteſt facere hominem bonum. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ fama non habet ſtabilitatem immo falſo rumore de facili perditur: ⁊ ſi ſtabilis aliquando perſeueret hoc eſt per accidens: ſed beatitudo habet per ſe ſtabilitatem ⁊ ſemper.

**Ad quartum** ſic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo conſiſtat in poteſtate: omnia enim appetunt aſſimilari deo tanquam vltimo fini ⁊ primo principio: ſed homines qui in poteſtatibus ſunt propter ſimilitudinem poteſtatis maxime videntur eſſe deo conformes: vnde in ſcriptura dij vocãtur: vt patet. Exodi. 13°. Dijs non detrahes. ergo ĩ poteſtate beatitudo conſiſtit. ¶ Preterea. Beatitudo eſt bonum perfectum: ſed perfectiſſimuꝫ eſt ꝙ homo etiã aliquos congrue poſſit regere. quod conuenit his qui ĩ poteſtatibus ſunt conſtituti: ergo beatitudo conſiſtit in poteſtate. ¶ Preterea. Beatitudo cum ſit maxime appetibilis opponitur ei quod maxime eſt fugiendum: ſꝫ homines maxime fugiunt ſeruitutem cui contra ponitur poteſtas. ergo in poteſtate beatitudo cõſiſtit. ¶ Sꝫ contra. Beatitudo eſt perfectum bonum: ſed poteſtas eſt maxime imperfecta: vt enim dicit Boetius ſecundo de conſolatione. Poteſtas humana ſolicitudinum morſus expellere: formidinum aculeos vitare nequit: ⁊ poſtea potentem cenſes: cui ſatellites latus ambiunt: qui quos terret: ipſe plus metuit. non igitur beatitudo conſiſtit in poteſtate. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ impoſſibile eſt beatitudinem in poteſtate conſiſtere propter duo. Primo quidem quia poteſtas habet rationem principij. vt patet in. 5. metaphi. beatitudo autem habꝫ rationem vltimi finis. Secundo quia poteſtas ſe habet ad bonum ⁊ ad malum: beatitudo autem eſt proprium ⁊ perfectum hominis bonum. vnde magis poſſet conſiſtere beatitudo aliqua in bono vſu poteſtatis q eſt per virtutem: q̃ in ipſa poteſtate: poſſunt autem q̃tuor generales cauſe induci ad oſtendendum: ꝙ in nullo premiſſorum exteriorum bonorum beatitudo conſiſtat: quarum prima eſt ꝙ cum beatitudo ſit ſummum hominis bonum non compatitur ſecum aliquod malũ: omnia autem predicta poſſunt inueniri. ⁊ in bonis ⁊ in malis. Secunda ratio eſt. quia cum de ratione beatitudinis ſit ꝙ ſit per ſe ſufficiens: vt patet in primo ethicoꝝ hoc neceſſe eſt ꝙ beatitudine adepta nullum bonuꝫ neceſſarium homini deſit: adeptis autem ſingulis premiſſoꝝ poſſunt adhuc multa bona homini neceſſaria deeſſe: puta ſapientia: ſanitas corporis: ⁊ huiuſmodi.
¶ Tertia. quia cum beatitudo ſit bonum perfectuꝫ ex beatitudine non poteſt aliquod maluꝫ alicui prouenire: quod nõ ꝯuenit premiſſis. dicitur Eccleſiaſtes. 5. ꝙ diuitie interdum conſeruantur in malum domini ſui. ⁊ ſimile patet in alijs tribus. ¶ Quarta ratio ē. quia ad beatitudinem homo ordinatur per principia interiora: cum ad ipſam naturaliter ordinetur. premiſſa auteꝫ quatuor bona magis ſunt a cauſis exterioribus: ⁊ vt plurimum a fortuna: vnde ⁊ bona fortune dicuntur: vnde patet ꝙ in premiſſis nullo modo beatitudo conſiſtit. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ diuina poteſtas eſt ſua communitas. vnde vti ſua poteſtate non poteſt niſi bene: ſꝫ hoc in hominibus non inuenitur: vnde non ſufficit ad beatitudinem ꝙ homo aſſimiletur deo quantum ad poteſtatem: niſi aſſimiletur ei quantum ad bonitatem.

¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ ſicut optimum eſt ꝙ aliquis vtatur bene poteſtate in regimine multorum. ita peſſimum eſt ſi male vtatur: ⁊ ita poteſtas ſe habet et ad bonum ⁊ ad malum. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ſeruitus eſt impedimentum boni vſus poteſtatis: ⁊ iđ naturaliter homines eam fugiunt: ⁊ non quaſi in poteſtate hominis ſit ſummum bonum.

**Ad quintum** ſic proceditur. Uidetur ꝙ beatitudo conſiſtat in bonis corporis. dicitur enim eccleſiaſtici. 30. Non eſt cenſus ſupra cenſum ſalutis corporis: ſed in eo quod eſt optimum conſiſtit beatitudo: ergo conſiſtit in corporis ſalute. ¶ Preterea. Dionyſius dicit. 5. capitulo de di. no. ꝙ eſſe eſt melius q̄ʒ viuere: ⁊ viuere q̄ʒ alia que conſequuntur: ſed ad eſſe vel viuere hominis requiritur ſal⁹ corporis: cum ergo beatitudo ſit ſummum bonum hominis videtur: ꝙ ſalus corporis maxime pertineat ad beatitudinem. ¶ Preterea. Quanto aliquid eſt communius: tanto ab altiori principio dependet. quia quanto eſt ſuperius: tanto eius virtus ad plura ſe extendit: ſʒ ſicut cauſalitas cauſe efficientis conſideratur ſcđm influentiam. ita cauſalitas finis attenditur ſcđm appetitum. ergo ſicut prima cauſa efficiens eſt que in omnia influit. ita vltimus finis eſt quod ab omnibus deſideratur: ſed ipſum eſſe eſt quod maxime deſideratur ab omnibus. ergo in his que pertinent ad eſſe hominis: ſicut eſt ſal⁹ corporis maxime conſiſtit beatitudo. ¶ Sed contra eſt ꝙ ſm beatitudinem homo excellit omnia alia: ſed ſm bona corporis a multis animalibus ſuperatur: ſicut ab elephante in diuturnitate: a leone in fortitudine: a ceruo in curſu. ergo beatitudo non conſiſtit in bonis corporis. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ impoſſibile eſt beatitudinem hominis in bonis corporis conſtare propter duo.

Primo quidem. quia impoſſibile eſt ꝙ illius rei que ordinatur ad aliud ſicut ad finem: vltimus finis ſit eiuſdem conſeruatio in eſſe. vnde gubernator non intendit ſicut vltimum finem conſeruationem nauis ſibi cõmiſſe. eo ꝙ nauis ad aliud ordinatur ſicut in finem. ſ. ad nauigandum. ſicut autē nauis committitur gubernatori ad dirigendum: ita homo eſt ſue voluntati ⁊ rationi commiſſus: ſcđm illud quod dicitur Eccleſia. 15. Deus ab initio conſtituit hominem ⁊ reliquit eum in manu conſilij ſui. Manifeſtum eſt autem ꝙ homo ordinatur ad aliquid ſicut ad finem: non enim eſt ſummum bonum: vnde impoſſibile eſt ꝙ vltimus finis rationis ⁊ voluntatis humane ſit conſeruatio ſui eſſe. Secundo quia dato ꝙ finis rationis ⁊ voluntatis humane eſſet conſeruatio humani eſſe: non tamen poſſet dici ꝙ finis hominis eēʒ aliquod corporis bonum. Eſſe enim hominis conſiſtit in anima ⁊ in corpore: ⁊ q̄uis eſſe corporis dependeat ab anima: eſſe tamen humane anime non dependet a corpore vt ſupra oſtenſuʒ eſt: ipſumqʒ corpus eſt propter animam ſicut materia propter formam: ⁊ inſtrumenta propter motorem: vt per ea ſuas actiones exerceat: vnde omnia bona corporis ordinantur ad bona anime ſicut ad finem: vnde impoſſibile eſt ꝙ in bonis corporis beatitudo conſiſtat: que eſt vltimus finis. ¶ Ad primuʒ ergo dicendum: ꝙ ſicut corpus ordinatur ad animam ſicut ad finem: ita bona exteriora ad ipſum corpus: ⁊ iđ rationabiliter bonum corporis prefertur bonis exterioribus que per cenſum ſignificantur: ſicut ⁊ bonum anime prefertur omnibus bonis corporis. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ eſſe ſimpliciter acceptum ſcđm ꝙ includit in ſe omnem perfectionem eſſendi preeminet vite ⁊ omnibus ſubſequentibus: ſic igitur ipſum eſſe prehabet in ſe omnia bona ſubſequētia. ⁊ hoc modo Dionyſius loquitur: ſed ſi conſideretur prout participatur in hac re vel in illa que non capiunt totam perfectionem eſſendi ſed habent eſſe imperfectum: ſicut eſt eſſe cuiuſlibet creature: manifeſtum eſt ꝙ ipſum eſſe cum perfectione ſuperaddita eſt eminentius: vnde ⁊ Dionyſius ibidem dicit: ꝙ viuentia ſunt meliora exiſtentibus ⁊ intelligentia viuentibus. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ finis reſpondet principio: ex illa ratione probatur vt vltimus finis eſt primum principium eſſendi: in quo eſt omnis eſſendi perfectio: cuius ſimilitudinem appetunt ſm ſuā perfectionem: quedam quidem ſcđm eſſe tantum: quedam ſcđm eſſe viuens: quedam ſcđm viuens ⁊ intelligens ⁊ beatum. ⁊ hoc paucorum eſt.

**Ad ſextum** ſic proceditur. Uidetur ꝙ beatitudo hominis in voluptate conſiſtat: beatitudo enim cum ſit vltimus finis non appetitur propter aliud: ſed alia propter ipſam: ſed hoc maxime conuenit delectationi: ridiculum eſt enim ab aliquo querere propter quid velit delectari: vt dicitur in. 10°. ethicorum. ergo beatitudo maxime in voluptate ⁊ delectatione conſiſtit. ¶ Preterea. Cauſa prima vehementius imprimit q̄ʒ ſecunda: vt dicitur in libro de cauſis. influentia autem finis attenditur ſm eius appetitum: illđ ergo videtur habere rationem finis vltimi quod maxime mouet appetitum: hoc autem eſt voluptas cuius ſignum eſt ꝙ delectatio intantum abſorbet hominis voluntatem ⁊ rationem ꝙ alia bona contēnere facit. ergo videtur ꝙ vltimus finis hominis qui eſt beatitudo maxime in voluptate conſiſtat. ¶ Preterea. Cum appetit⁹ ſit boni illud quod omnia appetunt videtur eſſe bonuʒ optimum: ſed delectationeʒ omnia appetunt ⁊ ſapientes ⁊ inſipientes ⁊ etiam ratione carentia. ergo delectatio eſt optimuʒ. conſiſtit ergo in voluptate beatitudo q̄ eſt ſummuʒ bonuʒ. ¶ Contra eſt quod Boetius dicit i. 3°. de conſolatione. Triſtes exitus eſſe voluptatuʒ q̄ſquis reminiſci libidinuʒ ſuaruʒ volet itelliget: que ſi beatos efficere poſſent nihil eſſet quin pecudes quoqʒ eſſe beate dicantur. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ quia delectationes corporales pluribus note ſunt: aſſumpſerunt ſibi nomen voluptatuʒ: vt dicitur. 6°. ethicoruʒ. In quibus tamen beatitudo principaliter non conſiſtit: quia in vnaquaqʒ re aliud eſt quod pertinet ad eſſentiaʒ ei⁹: aliud eſt propriuʒ accidens ipſius: ſicut i homine: aliud ē quod eſt animal rationale mortale: aliud quod eſt riſibile. Eſt igitur conſiderādū: ꝙ omnis delectatio ē quoddam proprium accidens quod conſequitur beatitudinē vel aliquam beatitudinis partem: ex hoc enim aliq̄s delectatur: quia habet bonum aliquod ſibi conueniens vl in re: vel in ſpe: vel ſaltem in memoria: bonum autēʒ cõueniens ſiquidem ſit perfectum eſt ipſa hominis beatitudo. Si autem ſit imperfectum: beatitudo eſt quedaʒ participata vel propinqua vel remota vel ſaltem apparens: vnde manifeſtum eſt ꝙ nec ipſa delectatio que ſequitur bonum perfectum eſt ipſa eſſentia beatitudinis: ſed quoddam conſequens ad ipſam ſicut per ſe accidēs. voluptas autem corporalis non poteſt etiam modo predicto ſequi bonum perfectum: nam ſequitur bonuʒ qđ apprehendit ſenſus qui eſt virtus anime corpore vtens: bonum autem quod pertinet ad corpus quod apprehēditur ſcđm ſenſum non poteſt eſſe perfectum hominis bonum: cum enim anima rationalis excedat proportionem materie corporalis: pars anime que eſt ab organo corporeo abſoluta quandam habet infinitatem reſpectu ipſius corporis ⁊ partium anime corpori concreataruʒ: ſicut inuiſibilia ſunt quodammodo infinita reſpectu materialium: eo ꝙ forma per materiam quodammodo cõtrahitur ⁊ finitur: vnde forma a materia abſoluta ē quodammodo infinita: ⁊ ideo ſenſus qui eſt vis corporalis cognoſcit ſingulare quod eſt determinatuʒ per materiā intellectus vero qui eſt vis a materia abſoluta cognoſcit vniuerſale quod ē abſtractum a materia: ⁊ continet ſub ſe infinita ſingularia: vnde patet ꝙ bonum conueniens corpori quod per apprehenſionem ſenſus delectationē corporalem cauſat non eſt perfectum bonum hominis: ſed eſt minimum quiddam i comparatione ad bonum anime. vnde Sap. 7. dicitur. Omne aurum in com-

paratione ſapientie arena eſt exigua. ſic igitur neq̧ volu
ptas corporalis eſt ipſa beatitudo: nec eſt per ſe accidẽs
beatitudinis. ¶ Ad p̄mũ ergo dõm: ꝙ eiuſdem ratio/
nis eſt ꝙ appetatur bonum: ⁊ ꝙ appetatur delectatio:
que nihil eſt aliud q̃ꝫ quietatio appetitus ĩ bono: ſicut ex
eadem virtute nature eſt ꝙ graue feratur deorſum: ⁊
ꝙ ibi quieſcat. vnde ſicut bonum per ſeipſuꝫ appetitur:
ita ⁊ delectatio propter ſe ⁊ non propter aliud petitur: ſi
ly propter dicat cauſam finalem. ſi vo dicat cauſam for/
malem: vel potius cauſam motiuam. ſic delectatio ẽ ap
petibilis propter aliud. i. propter bonum quod eſt dele
ctationis obiectum: ⁊ per conſequens eſt principiuꝫ eiꝰ.
⁊ dat ei formam: ex hoc enim delectatio habet ꝙ appe/
tatur quia eſt quies in bono deſiderato. ¶ Ad ſecundũ
dicendum: ꝙ vehemens appetitus delectationis ſenſi/
bilis contingit ex hoc ꝙ operationes ſenſuum quia ſunt
principia noſtre cognitionis ſunt magis ꝑceptibiles. vn/
de etiam a pluribus delectationes ſenſibiles appetunt̃.
¶ Ad tertium dicendum: ꝙ eo modo omnes appetũt
delectationes ſicut ⁊ appetunt bonum: ⁊ tamen delecta
tionem appetunt ratione boni: ⁊ non econuerſo: vt di/
ctum eſt. vnde non ſequitur ꝙ delectatio ſit maximum
⁊ per ſe bonum: ſed ꝙ vnaqueq̧ delectactio conſequat̃
aliquod bonum: ⁊ aliqua delectatio conſequatur id qđ
eſt per ſe. ⁊ maximum bonum.

**Ad ſeptimũ** ſic proceditur. Uidetur ꝙ bti
tudo conſiſtat in aliquo bono
anime. beatitudo enim eſt quoddam hominis bonum.
hoc autem per tria dicitur que ſunt bona exteriora: bo/
na corporis ⁊ bona anime. ſed beatitudo non conſiſtit in
bonis exterioribus. neq̧ in bonis corporis ſicͭ ſupra oſtẽ
ſum eſt. ergo conſiſtit in bonis anime. ¶ Preterea. Il/
lud cui appetimus aliquod bonum magis amamus q̃ꝫ
bonum quod ei appetimus. ſicut magis amamus ami/
cum cui appetimus pecuniam: q̃ꝫ pecuniam: ſed vnuſ/
quiſq̧ quodcunq̧ bonum ſibi appetit amat: ergo ſeipſꝫ
amat magis q̃ꝫ omnia alia bona. ſed beatitudo eſt quod
maxime amatur. quod patet ex hoc ꝙ propter ipſam
omnia amantur ⁊ deſiderantur. ergo beatitudo conſiſtit
in aliquo bono ipſius hominis. ſed non in bonis corpo/
ris. ergo in bonis anime. ¶ Preterea. Perfectio ẽ ali/
quid eius quod perficitur: ſed beatitudo eſt quedam ꝑ/
fectio hominis. ergo beatitudo eſt aliquid hominis: ſed
non eſt aliquid corporis. vt oſtenſum eſt. ergo beatitu/
do eſt aliquid anime. ⁊ ita conſiſtit in bonis aĩe. ¶ Sed
contra eſt ſicut dicit Augu. in li. de doctri. xp̄iana. Id in
quo conſtituitur beata vita propter ſe diligendum eſt:
ſed homo non eſt propter ſeipſum diligẽdus. ſed quic/
quid eſt in homine eſt diligendum propter deum. ergo
in nullo bono anime beatitudo conſiſtit. ¶ Reſpondeo
dicendum. ꝙ ſicut ſupra dictum eſt: finis dupliciter dici
tur. ſ. ipſa res quã adipiſci deſideramꝰ: ⁊ vſus ſeu adep/
tio vel poſſeſſio illius rei: ſi ergo loquamur de vltimo fi
ne hominis q̃tum ad ipſam rem quam appetimus ſi/
cut vltimum finem impoſſibile eſt ꝙ vltimus finis ho/
minis ſit ipſa anima vel aliquid eius. ipſa enim anima in
ſe conſiderata eſt vt in potentia exiſtens. fit enim de po
tentia ſciente actu ſciens: ⁊ de potentia virtuoſa actu vir
tuoſa. cum autẽ potentia ſit propter actum: ſicut propter
cõplementum: impoſſibile eſt: ꝙ id quod eſt ſm̃ ſe ĩ po
tentia exiſtens habeat rationẽ vltimi finis ſuipſius: ſimi
liter etiam neq̧ eius aliquid ſiue ſit potentia ſiue actus ſi
ue habitus: bonum enim quod eſt vltimus finis eſt bo/
num perfectum complens bonum appetitum. appeti/
tus autẽ humanus qui ẽ volũtas ẽ boni vniuerſalis: qđ/
libet bonũ autẽ inherẽs ipſi anime eſt bonũ participatũ:
⁊ per ↄſequẽs particulatuꝫ: vnde impoſſibile eſt ꝙ ali/
quod eorũ ſit vltimus finis boĩ. Sꝫ ſi loquamur de vl
timo fine hoĩs quãtum ad ipſam adeptionem vl' poſ/
ſeſſionẽ ſeu quẽcũq̧ vſum ipſius rei que appetitur vt
finis: ſic ad vltimum fineꝫ ꝑtinet aliquid hominis ex ꝑte
anime: quia homo ꝑ animaꝫ beatitudineꝫ conſequitur:
res ergo ipſa que appetit̃ vt finis ẽ id in quo beatitudo
cõſiſtit ⁊ qđ beatũ facit: ſed huiuſmodi adeptio vocat̃
beatitudo: vnde dicendum ẽ ꝙ btitudo ẽ aliqđ extra anĩ
mam. ¶ Ad p̄m ergo dõm: ꝙ ſcđm ꝙ ſub illa diuiſio/
ne cõprehenduntur oĩa bona que omnia ſunt hoĩ appe
tibilia: ſic bonum aĩe dicit̃ non ſoluꝫ potẽtia aut habitus
aut actus. ſed ⁊ obiectum quod eſt extrinſecum: ⁊ hoc
modo nihil prohibet dicere id in quo beatitudo conſiſtit
eſſe quoddam bonum anime. ¶ Ad ſecundum dicen/
dum: q̃tum ad propoſitum pertinet: ꝙ beatitudo ma/
xime amatur tanq̧ bonum concupitum: amicus autem
amatur tanq̧ id cui concupiſcitur bonuꝫ: ⁊ ſic hõ amat
ſeipſum: vnde non eſt eadẽ ratio amoris vtrobiq̧: vtrũ
autem amore amicicie aliquid homo ſupra ſe amet: erit
locus conſiderandi cum de charitate agetur. ¶ Ad ter/
tium dicendum: ꝙ beatitudo ipſa cum ſit perfectio ani/
me eſt quoddam anime bonum inherens. ſed id ĩ quo
beatitudo conſiſtit: quod ſcilicet beatuꝫ facit eſt aliquid
extra animam: vt dictum eſt.

**Ad octauuꝫ** ſic proceditur. Uidetur ꝙ bti
tudo hominis conſiſtat in ali/
quo bono creato: dicit eniꝫ Dionyſius. 4. caͦ. de di. no.
ꝙ diuina ſapientia coniungit fines p̄morũ principijs ſe/
cundorum: ex quo poteſt accipi ꝙ ſummum inferioris
nature ſit attingere infimum nature ſuperioris: ſꝫ ſum/
mum hominis bonum eſt beatitudo: cum ergo ange/
lus nature ordine ſit ſupra hominem: vt in primo habi/
tum eſt: videtur ꝙ beatitudo hominis cõſiſtat in hoc ꝙ
aliquo modo attingit ad angelum. ¶ Preterea. Ulti/
mus finis cuiuſlibet rei eſt in ſuo perfecto: vnde pars ẽ
propter totum ſicut propter finem: ſed tota vniuerſitas
creaturarum que dicitur maior mundus comparatur
ad hominem: qui in. 3. phyſicorum dicitur minor mun/
dus: ſicut perfectum ad imperfectum. ergo beatitudo
hominis conſiſtit in tota vniuerſitate creaturarũ. ¶ P.
Per hoc hõ efficit̃ beatus ꝙ eiꝰ nãle deſideriũ quietat̃
ſed deſideriũ hoĩs nõ extẽdit̃ ad maius bonũ q̃ꝫ ipſe ca
pere poteſt: cum ergo homo nõ ſit capax boni quod ex
cedit limites totius creature: videt̃ ꝙ ꝑ aliquod bonuꝫ
creatum homo beatus fieri poſſit: ⁊ ita beatitudo hoĩs
ĩ aliquo bono creato cõſiſtit. ¶ Sꝫ ↄ̃ ẽ qđ Auguſtinꝰ dicͭ
. 19ͦ. de ciuitate dei. Ut vita carnis aĩa ẽ: ita beata vita
hoĩs deus eſt. de quo dicitur. Beatꝰ populꝰ cuiꝰ domi/
nus deꝰ eiꝰ eſt. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ ĩpoſſibile ẽ
beatitudinẽ hoĩs eẽ ĩ aliquo bono creato. beatitudo .n. ẽ
bonũ ꝑfectũ qđ totaliter quietat appetitũ: alioquin non
eſſet vltimus finis ſi adhuc reſtaret aliquid appetenduꝫ
obiectuꝫ aũt volũtatis que eſt appetitus humanus eſt
vniuerſale bonũ: ſicut obiectũ ĩtellectꝰ ẽ vniuerſale verũ:
ex quo patet ꝙ nihil poteſt quietare volũtatẽ hoĩs niſi
bonũ vniuerſale: qđ nõ ĩuenit̃ ĩ aliquo creato: ſed ſoluꝫ
ĩ deo: q: oĩs creatura habet bonitatẽ participatã: vñ ſo/
lus deus voluntateꝫ hominis implere poteſt ſcđꝫ ꝙ di
citur in p̄s. Qui replet ĩ bonis deſideriũ ⁊c. ĩ ſolo igitur
deo btĩtudo hoĩs conſiſtit. ¶ Ad primum ergo dicen/
dum: ꝙ ſuperiꝰ hoĩs attigit quidẽ ĩfimũ angelice natu/
re ꝑ quãdã ſimilitudinẽ: nõ tñ ibi ↄſiſtit ſicut ĩ vltimo fi/
ne: ſꝫ ꝓcedit vſq̧ ad ipſum vniuerſalẽ fontẽ boni: q eſt
vniuerſale ſubiectum beatitudinis oĩum bonorũ tanq̧ ĩ
finitum ⁊ perfectum bonũ exiſtẽs. ¶ Ad ſecundum di
cendum: ꝙ ſi totum aliquod nõ ſit vltimꝰ finis partis ſꝫ
ẽ ip̄m totũ: ſꝫ aliqđ aliđ: vniuerſitas aũt creaturaꝝ ad quã
cõparat̃ hõ: vt pars ad totũ: nõ ẽ vltimꝰ finis: ſed ordi/
natur ĩ deũ ſicut ĩ vltimum finẽ: vnde bonũ vniuerſi nõ
eſt vltimus finis: ſed ipſe deus. ¶ Ad 3m dõm ꝙ bonũ
creatum non eſt minus q̃ꝫ bonum cuius eſt homo ca/
pax: vt rei intrinſece ⁊ inherentis: eſt tamen minus q̃ꝫ
bonum cuius eſt capax: vt obiecti: quod ẽ infinitum: bo
num autem quod participatur ab angelo ⁊ a toto vni/
uerſo eſt bonum finitum ⁊ contractum.

¶ Queſtio. iij.

**Einde** conſiderandū eſt quid ſit beatitudo: ⁊ que requirantur ad ipſam. ¶ Circa primū queruntur octo. Primo vtrū beatitudo ſit aliquid increatum. Secundo ſi eſt aliquid creatum: vtrū ſit operatio. Tertio vtrum ſit operatio ſenſitiue partis an intellectiue tantum. Quarto ſi eſt operatio intellectiue partis: vtrum ſit operatio intellectus an voluntatis. Quinto ſi eſt operatio ſpeculatiui intellect⁹ aut practici. Sexto ſi ē operatio intellectus ſpeculatiui: vtrum conſiſtat in ſpeculatione ſcientiarum ſpeculatiuarum. Septimo vtrum conſiſtat in ſpeculatione ſubſtātiarum ſeparatarum: ſcilicet angelorum. Octauo vtrū in ſola ſpeculatione dei qua per eſſentiā videtur.

**Ad primum** ſic proceditur. Videt̄ ꝙ beatitudo ſit aliquid increatum: dicit enim Boetius in tertio de conſolatione. deū ipſā beatitudinem neceſſe confiteri. ¶ Preterea. Beatitudo eſt ſummum bonum: ſed eſſe ſummum bonum cōuenit deo: cum ergo non ſint plura ſumma bona: videtur ꝙ beatitudo ſit idē quod deus. ¶ Preterea. Beatitudo eſt vltimus finis in quē naturaliter humana voluntas tanꝙ̄ in finem tendit: ſed in nullum aliud voluntas tanꝙ̄ in finem tendere debet niſi in deum quo ſolo fruendum eſt: vt Auguſtinus dicit: ergo beatitudo eſt idem quod deus. ¶ Sed contra. Nullum factum eſt increatum aliquid: ſed beatitudo hominis eſt aliquid factum: quia ſ̄m Auguſtinum primo de doctrina chriſtiana: Illis rebus fruendum eſt que nos beatos faciunt. ergo beatitudo non eſt aliquid increatum. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ ſicut ſupra dictum eſt: finis dicitur dupliciter. Vno modo ipſa res quam cupim⁹ adipiſci: ſicut auaro eſt finis pecunia. Alio modo ipſa adeptio vel poſſeſſio ſeu vſus aut fruitio eius rei que deſideratur: ſicut ſi dicatur ꝙ poſſeſſio pecunie eſt finis auari: ⁊ frui re voluptuoſa eſt finis intemperati. Primo ergo modo vltimus hominis finis eſt bonum increatū: ſcilicet deus qui ſolus ſua infinita bonitate poteſt voluntatem hominis perfecte implere. Secundo autē modo vltimus finis hominis eſt creatum aliquid in ipſo exiſtens: quod nihil eſt aliud ꝗ̄ adeptio vel fruitio finis vltimi: vltimus autem finis vocatur beatitudo. ſi ergo beatitudo hominis conſideretur quantum ad cauſam vel obiectum: ſic eſt aliquid increatum. ſi autem conſideretur quantum ad ipſam eſſentiam beatitudinis: ſic eſt aliquid creatum. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ deus eſt beatitudo per eſſentiam ſuam: non enim per adeptionem aut participationem alicuius alterius beatus ē: ſed per eſſentiam ſuam. Homines autem ſunt beati: ſicut ibidem dicit Boetius: per participationem: ſicut ⁊ dij per participationem dicuntur. ipſa autem participatio beatitudinis ſcd̓m quam homo dicitur beatus aliquid creatum eſt. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ beatitudo dicitur eſſe ſummum hominis bonū: quia ē adeptio vel fruitio ſummi boni. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ beatitudo dicitur vltimus finis per modū quo adeptio finis dicitur finis.

**Ad ſecundum** ſic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo non ſit operatio: dicit enim apoſtolus Roma. 6. Habetis fructū veſtrum in ſanctificatione: finem vero vitam eternam: ſed vita non eſt operatio ſed eſt ipſum eſſe viuentium. ergo vltimus finis qui eſt beatitudo non eſt operatio. ¶ Preterea. Boetius dicit in tertio de conſolatione: ꝙ beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus: ſed ſtatus non nominat operationem. ergo beatitudo non eſt operatio. ¶ Preterea. Beatitudo ſignificat aliquid in bono exiſtens cum ſit vltima perfectio hominis: ſed operatio non ſignificat vt aliquid exiſtens in operante. ſed magis vt ab ipſo procedens. ergo beatitudo non eſt operatio. ¶ Preterea. Beatitudo permanet in beato. operatio autem non permanet ſed tranſit. ergo beatitudo non eſt operatio. ¶ Preterea. Vnius hominis eſt vna beatitudo. operationes autem ſunt multe. ergo beatitudo non eſt op̄atio. ¶ Preterea. Beatitudo ineſt beato abſq̄ interruptione: ſ; operatio humana frequenter interrumpitur: puta ſomno vel aliqua alia occupatione vel quiete. ergo beatitudo non eſt operatio. ¶ Sed contra eſt quod philoſophus dicit in primo ethicorum: ꝙ felicitas eſt operatio ſecundum virtutem perfectam. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ ſcd̓m ꝙ beatitudo hominis eſt aliquid creatum ī ipſo exiſtens: neceſſe eſt dicere ꝙ beatitudo hominis ſit operatio. eſt enim beatitudo vltīa hominis perfectio: vnūquodq̄ enim in tantum perfectum ē inquantum ē actu: nam potentia ſine actu imperfecta eſt: oportet ergo beatitudinem in vltimo actu hominis conſiſtere. manifeſtū eſt autem ꝙ operatio eſt vltimus actus operantis. vnde ⁊ actus ſecundus a philoſopho nominatur in ſecundo de anima: nam habens formam poteſt eſſe in potentia operans ſicut ſciens eſt in potentia conſiderans: inde eſt ꝙ in alijs rebus res vnaqueq̄ dicitur eſſe propter ſuam operationem. vt dicitur in. 2. de celo: neceſſe ē ergo beatitudinem hominis operationem eſſe. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ vita dicitur dupliciter. Vno modo ipſum eſſe viuentis. ⁊ ſic beatitudo non eſt vita. oſtenſum eſt enim ꝙ eſſe vnius hominis qualecunq̄ ſit: non eſt hominis beatitudo. ſolius enī dei beatitudo eſt ſuum eſſe. Alio modo dicitur vita ipſa operatio viuentis ſcd̓m quam principium vite in actū reducitur. ⁊ ſic nominamus vitam actiuam vel contemplatiuam vel voluptuoſam. ⁊ hoc modo vita eterna dicitur vltimus finis: quod patet per hoc quod dicitur Joan. 17. Hec eſt vita eterna: vt cognoſcant te deum verū ⁊ vnū. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ Boetius diffiniēdo beatitudinem conſiderauit ipſam communem beatitudinis rationem. Eſt enim communis beatitudinis ratio ꝙ ſit bonum commune perfectum: ⁊ hoc ſignificauit cū dixit: ꝙ eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus: per quod nihil aliud ſignificatur niſi ꝙ beatus eſt in ſtatu boni perfecti. Sed Ariſtoteles expreſſit ipſam eſſentiam beatitudinis oſtendens per quid homo ſit in huiuſmodi ſtatu. quia per operationem quandam. ⁊ id in primo ethicorum. ipſe etiam oſtendit ꝙ beatitudo eſt bonum perfectum. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ſicut dicitur in. 9°. metaphiſice. duplex eſt actio. vna que procedit ab operante in exteriorem materiam: ſicut vrere ⁊ ſecare: ⁊ talis operatio non poteſt eſſe beatitudo: nam talis operatio non eſt actio ⁊ perfectio agentis: ſed magis patientis: vt ibidem dicitur. Alia eſt actio manēs in ipſo agente: vt ſentire: intelligere: ⁊ velle: ⁊ huiuſmodi actio eſt perfectio ⁊ actus agentis. ⁊ talis op̄atio poteſt eſſe beatitudo. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ cū beatitudo dicat quandam vltimam perfectionem ſ̄m ꝙ diuerſe res beatitudinis capaces ad diuerſos gradus perfectionis pertingere poſſunt: ſ̄m hoc neceſſe eſt ꝙ diuerſimode beatitudo dicatur: nam in deo eſt beatitudo per eſſentiam. quia ipſum eſſe eius eſt operatio eius. qua non fruitur alio: ſed ſeipſo: in angelis autem beatitudo ē vltima perfectio ſ̄m aliq̄ operationem qua coniungit̄ bono increato: ⁊ hec operatio eſt in eis vnica ⁊ ſempiterna: ī hoīb⁹ aūt ſ̄m ſtatum preſentis vite eſt vltima perfectio ſ̄m operationem qua homo cōiungit̄ deo ſed hec operatio nec continua pōt eē: ⁊ per cōſequens: nec vnica eſt: quia operatio interciſſiōe multiplicatur: ⁊ ꝓꝑ hoc in ſtatu preſentis vite perfecta beatitudo ab homīe haberi non poteſt. vn̄ philoſophus in primo ethicorū ponens beatitudinem hominis in hac vita: dicit eā īperfectam: poſt multa concludens. Beatos autem dicim⁹: vt hoīes: ſed promittitur nobis a deo beatitudo ꝑfecta

quando erimus ſicut angeli in celo: ſicut dicitur Math. 23. Quantum ergo ad illam beatitudinem perfectaꝫ ceſſat obiectio. quia vera ⁊ continua ⁊ ſempiterna operatione: in illo beatitudinis ſtatu mens hominis deo coniungitur. ſed in preſenti vita quantum deficimus ab vnitate ⁊ continuitate talis operationis: tantum deficimus a beatitudinis perfectione. eſt tamen aliqua participatio beatitudinis ⁊ quanto operatio poteſt eſſe magis continua ⁊ vna: tanto plus habet rationem beatitudinis: ⁊ iō in actiua vita que circa multa occupatur: eſt min⁹ de ratione beatitudinis: ꝙ̄ in vita contemplatiua que verſatur circa vnum .i. circa veritatis contemplationem. ⁊ ſi aliquando homo actu non operetur huiuſmodi operationem. tamen quia in promptu habet eam ſemper poteſt operari. ⁊ quia etiam ipſam ceſſationem: puta ſomni vel occupationis alicuius naturalis ad operationem predictam ordinat quaſi videtur operatio continua eſſe. ⁊ per hoc patet ſolutio ad quintum: ⁊ ad ſextum.

**Ad tertium** ſic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo conſiſtat etiam in operatione ſenſus. nulla enim operatio inuenitur ī homine nobilior operatione ſenſitiua niſi itellectiua: ſed operatio intellectiua dependet in nobis ab operatione ſenſitiua. q: non poſſumus intelligere ſine fantaſmate: vt dicitur in tertio de anima. ergo beatitudo conſiſtit etiam in operatione ſenſitiua. ¶ Preterea. Boetius dicit in tertio de conſolatione. ꝙ beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum congregatione perfectus: ſed quedam bona ſunt ſenſitiua que attingimus per ſenſus operationem: ergo videtur ꝙ operatio ſenſus requiratur ad beatitudinem. ¶ Preterea. Beatitudo eſt bonum perfectum. vt probatur in primo ethicorum: quod non eſſet niſi homo pficeretur per ipſam ſecundum omnes partes ſuas: ſed per operationes ſenſitiuas quedam partes anime perficiuntur: ergo operatio ſenſitiua requiritur ad beatitudinem. ¶ Sed contra. In operatione ſenſitiua communicant nobis bruta animalia. non autem in beatitudine. ergo beatitudo non conſiſtit in operatione ſenſitiua. ¶ Reſpondeo dicendum. ꝙ ad beatitudinem poteſt aliquid pertinere tripliciter. Uno modo eſſentialiter. Alio modo antecedenter. Tertio modo conſequenter. Eſſentialiter quidem non poteſt pertinere ſenſus ad beatitudinem. nam beatitudo hominis conſiſtit eſſentialiter in cōiunctione ipſius ab bonum increatum quod eſt vltimus finis: vt ſupra oſtenſum eſt: cui homo coniungi non poteſt per ſenſus operationem. Similiter etiam quia ſicut oſtenſum eſt in corporalibus bonis beatitudo hominis non conſiſtit: que tamen ſola per ſenſus operationeꝫ attingimus. poſſunt autem operationes ſenſus pertinere ad beatitudinem antecedenter ⁊ conſequenter: antecedenter quidem ſecundum beatitudinem imperfectā: qualis in preſenti vita haberi poteſt: nam operatio intellectus preexigit operationem ſenſus. conſequenter autem in illa perfecta beatitudine que expectatur in celo: quia poſt reſurrectionem ex ipſa beatitudine anime: vt Auguſtinus dicit in epiſtola ad dioſcorum: fiet quedam refluentia in corpore ⁊ in ſenſus corporeos: vt ī ſuis operationibus perficiantur: vt infra magis patebit cum de reſurrectione agetur: non auteꝫ tunc operatio qua mēs humana deo cōiungitur a ſenſu dependebit. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ obiectio illa probat: ꝙ operatio ſenſus requiritur antecedenter ad beatitudinem imperfectam qualis in hac vita haberi poteſt. ¶ Ad ſecūdum dicendum: ꝙ beatitudo perfecta qualem angeli habent: habet congregationem omnium bonorum per coniunctionem ad vniuerſalem fontem totius boni: non ꝙ indigeat ſingulis particularibus bonis: ſed in hac beatitudine imperfecta requiritur congregatio bonoruꝫ ſufficientium ad perfectiſſimam operationem huius vite. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ in perfecta beatitudine pficitur totus homo: ſed in inferiori parte per redundantiam a ſuperiori: in beatitudine auteꝫ imperfecta preſentis vite econuerſo a perfectione inferioris partis proceditur ad perfectionem ſuperioris.

**Ad quartum** ſic proceditur. Videtur ꝙ beatitudo conſiſtat in actu volūtatis. Dicit .n. Aug. 19. de ciui. dei: ꝙ beatitudo hominis in pace conſiſtit. vnde in ps. Qui poſuit fines tuos pacem. ſed pax ad voluntatē pertinet. ergo beatitudo hominis in voluntate conſiſtit. ¶ Preterea. Beatitudo eſt ſummum bonum: ſed bonum eſt obiectuꝫ voluntatis. ergo beatitudo in voluntatis operatione conſiſtit. Preterea. Primo mouenti rñdet vltimus finis: ſicut vltimus finis totius exercitus eſt victoria q̄ eſt finis ducis qui oēs mouet: ſed primū mouens ad operandū eſt voluntas: q: mouet alias vires: vt infra dicetur. ergo beatitudo ad voluntatem pertinet. ¶ P. Si beatitudo eſt aliqua operatio oportet ꝙ ſit nobiliſſima operatio hominis: ſed nobilior eſt dei dilectio q̄ eſt actus voluntatis ꝙ̄ cognitio q̄ eſt operatio intellectus: vt pꝫ per apoſtolū prima ad Corin. 13. ergo videt̄ ꝙ beatitudo conſiſtat in actu voluntatis. ¶ P. Augu. dicit in .13. de trini. ꝙ beatus ē qui habet oīa q̄ vult ⁊ nihil vult male. ⁊ poſt pauca ſubdit. Et appropinquat beatitudo q̄ bene vult quod cūꝗ vult. bona .n. beatum faciunt quorum bonorū iam habet ad ipſam .ſ. bonā voluntatem. ergo beatitudo in actu voluntatis conſiſtit. ¶ Sed contra eſt quod dñs dicit Joannis. 17. Hec eſt vita eterna vt cognoſcant te deum verum vnum. vita autē eterna eſt vltimus finis: vt dictum eſt. ergo beatitudo hominis in cognitione dei conſiſtit que eſt actus intellectus. ¶ Reſpondeo dicendū: ꝙ ad beatitudinē: ſicut ſupra dictū eſt duo reqruntᷣ: vnū qđ eſt eſſe beatitudinis. aliud qđ eſt quaſi per ſe accidens eius. ſ. delectatio ei adiuncta. Dico ergo ꝙ ꝙ̄tuꝫ ad id qđ eſt eſſentialiter ipſa beatitudo: impoſſibile eſt ꝙ conſiſtat in actu voluntatis. Manifeſtū eſt .n. ex premiſſis ꝙ beatitudo eſt cōſecutio finis vltimi. conſecutio aūt finis non conſiſtit in ipſo actu voluntatis: voluntas auteꝫ fert̄ in fineꝫ ⁊ abſentem cū ipſuꝫ deſiderat: ⁊ pñteꝫ cuꝫ in ipſo requieſcens delectat̄. manifeſtū eſt aūt ꝙ ipſum deſiderium finis non eſt conſecutio finis: ſed eſt motus ad finem: delectatio autem aduenit voluntati ex hoc ꝙ finis eſt pñs: non aūt econuerſo: ex hoc aliquid fit pñs. q: volūtas delectat̄ in ipſo: oportet igit̄ aliquid aliud eē ꝙ̄ actum voluntatis per qđ fit finis ipſe pñs voluntati: ⁊ hoc manifeſte apparet circa fines ſenſibiles: ſi eniꝫ cōſequi pecuniam eſſet per actum voluntatis: ſtatim a principio cupidus conſecutus eſſet pecuniam quando vult eam habere: ſed a principio quidem eſt abſens ei: conſequitur autem ipſam per hoc ꝙ manu ipſam apprehendit vel aliquo huiuſmodi: ⁊ tunc iam delectat̄ in pecunia habita. ſic igitur ⁊ circa intelligibilē finem cōtingit. naꝫ a principio volumus cōſequi finē intelligibilē: conſequimur aūt ipſuꝫ per hoc ꝙ fit pñs nobis per actū intellectus: ⁊ tunc voluntas delectata conquieſcit in fine iam adepto: ſic igitur eſſentia beatitudinis in actu intellectus conſiſtit: ſed ad voluntatem pertinet delectatio beatitudinē cōſequens ſecundū ꝙ Augu. dicit. 10°. confeſ. ꝙ beatitudo eſt gaudium de veritate: quia .ſ. ipſum gaudium eſt conſūmatio beatitudinis. ¶ Ad primum ergo dicenduꝫ: ꝙ pax pertinet ad vltimū hominis finem: non quaſi eſſentialiter ſit ipſa beatitudo: ſed q: antecedenter ⁊ conſequēter habet ſe ad ipſam: antecedenter quidem inquantum iam ſunt remota omnia perturbantia ⁊ impediētia ab vltimo fine: conſequenter vero inquantum iam hō adepto vltimo fine remanet peccatus deſiderio quietato. ¶ Ad ſecundū dicendum: ꝙ primuꝫ obiectum volūtatis non eſt actus eius. ſicut nec primum obiectum viſus eſt viſio: ſed viſibile. vñ ex hoc ipſo ꝙ beatitudo ptinet ad voluntatem tanquam primum obiectum eius: ſequitur ꝙ non pertineat ad ipſam tanquam actus ipſius

¶ Ad tertium dicendum: ꝙ finem primo apprehēdit intellectus q̃ voluntas: tñ motus ad finē incipit in voluntate: ⁊ ideo voluntati debetur id quod vltimo conſequit̃ conſecutionem finis ſcilicet delectatio vel fruitio. ¶ Ad quartum dicendum ꝙ dilectio preeminet cognitioni in mouendo: ſed cognitio preuia ē dilectioni in attingendo: non enim diligitur niſi cognitum: vt dicit Auguſtinus in 10°. de tri. ⁊ ideo intelligibilem finem primo attingimꝰ per actionem intellectus: ſicut ⁊ finē ſenſibilem primo attingimus per actionem ſenſus. ¶ Ad quintum dicēdum: ꝙ ille q habet oīa que vult ex hoc ē beatus ꝙ habet ea que vult: quod quidem eſt per aliud q̃ per actū voluntatis. ſed nihil male velle requiritur ad beatitudinem. ſicut quedam debita diſpoſitio ad ipſam: voluntas autem bona ponitur in numero bonorum que beatum faciunt prout eſt inclinatio quedam in ipſa: ſicut motus reducitur ad genus ſui termini: vt alteratio ad qualitatem.

**Ad quintū** ſic proceditur. Uidetur ꝙ beatitudo conſiſtat in opatione intellectus practici: finis aūt vltimus cuiuſlibet creature cōſiſtit in aſſimilatione ad deum. ſed homo magis aſſimilatur deo per intellectū practicum q eſt cā rerum intellectarū q̃ per intellectū ſpeculatiuum cuius ſcientia accipit̃ a rebus. ergo beatitudo hoīs magis cōſiſtit in operatione intellectus practici q̃ ſpeculatiui. ¶ Preterea. Beatitudo eſt perfectum bonum hoīs: ſed intellectus practicus magis ordinat̃ ad bonum q̃ ſpeculatiuus qui ordinatur ad verum. vñ ⁊ ſecundū perfectionem practici intellectus dicimur boni: non aūt ſcdm perfectionē ſpeculatiui intellectus: ſed ſecundū eam dicimur ſcientes vel intelligentes. ergo beatitudo hoīs magis conſiſtit in actu intellectꝰ practici q̃ ſpeculatiui. ¶ P. Beatitudo ē quoddam bonum ipſius hoīs: ſed ſpeculatiuus intellectus occupat̃ magis circa ea q̄ ſūt extra hoīem: practicus aūt intellectꝰ occupat̃ circa ea q̄ ſūt ipſius hoīs. ſ. circa opatiōes ⁊ paſſiones eius. ergo beatitudo hoīs magis conſiſtit in operatione intellectus practici q̃ intellectus ſpeculatiui. ¶ Sed contra ē quod Augu. dicit in primo de trini. ꝙ cōtemplatio promittitur nobis actionē oīum finis cum eterna pfectione gaudiorū. ¶ Rñdeo dicendū: ꝙ beatitudo magis conſiſtit in opatione ſpeculatiui intellectus q̃ practici: quod patet ex tribus: ¶ Primo quidem ex hoc ꝙ ſi beatitudo hominis eſt operatio oportet ꝙ ſit optima operatio hoīs: optima autem operatio hominis eſt que eſt optime potentie reſpectu optimi obiecti: optima autem potentia eſt intellectus: cuius obm optimū eſt bonum diuinum: quod quidem non eſt obm practici intellectus: ſed ſpeculatiui: vñ in tali operatione. ſ. in cōtemplatione diuinorum maxime conſiſtit beatitudo ⁊ quia vnuſquiſque videt̃ eſſe id qđ eſt optimum in eo: vt dicitur in. 9. ⁊. 10°. ethicorum: ideo talis operatio eſt maxime ꝓpria homini: ⁊ maxime delectabilis. ¶ Secundo apparet idē ex hoc ꝙ cōtemplatio maxime queritur propter ſeipſam: actus autem intellectus practici non q̄ritur propter ſeipſam: ſed propter actionem: ipſe autem actiones ordinant̃ ad aliquem finem: vnde manifeſtum eſt ꝙ vltimus finis non poteſt conſiſtere in vita actiua q̄ pertinet ad intellectum practicū. ¶ Tertio idem apparet ex hoc ꝙ in vita cōtemplatiua homo cōmunicat cum ſuperioribus. ſ. cum deo ⁊ angelis quibus per ſimilitudinem aſſimilatur: ſed in his que pertinent ad vitā actiuam ēt alia animalia cum homine aliqualiter communicant: licet imperfecte: ⁊ ideo vltima ⁊ perfecta beatitudo que expectatur in futura vita tota principaliter conſiſtit in contemplatione: ſecundario in operatione practici intellectus ordinantis actiones ⁊ paſſiōes humanas: vt dicitur in. 10°. ethicorum. ¶ Ad primum ergo dicendū ꝙ ſimilitudo predicta intellectus practici ad deum eſt ſecundum proportionalitatem: quia ſcilicet habet ſe ad ſuum cognitum ſicut deus ad ſuum: ſed aſſimilatio intellectus ſpeculatiui ad deum eſt ſecundum vnionem vel informationem: que eſt multo maior aſſimilatio: ⁊ tamē dici poteſt ꝙ reſpectu principalis cogniti quod eſt ſua eſſentia non habet deus practicam cognitionem: ſed ſpeculatiuam tantum. ¶ Ad ſecundū dicendum: ꝙ intellectus practicus habet bonum: quod eſt extra ipſum: ſed intellectus ſpeculatiuꝰ habet bonum in ſeipſo ſcilicet cōtemplationem veritatis. ⁊ ſi illud bonum ſit perfectum: ex eo totus homo perficitur ⁊ fit bonus: quod quidem intellectus practicus non habet: ſed illud ordinat. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ ratio illa procederet ſi ipſemet homo eſſet vltimus finis: tunc enim conſideratio ⁊ ordinatio actuum ⁊ paſſionum eius eſſet beatitudo: ſed quia vltimus hominis finis eſt aliud bonum extrinſecum. ſ. deus ad quem per operationem intellectus ſpeculatiui attingimus: ideo magis beatitudo hominis in perfectione intellectus ſpeculatiui conſiſtit q̃ in operatione intellectus practici.

**Ad ſextū** ſic proceditur: Uidetur ꝙ beatitudo hominis conſiſtat in conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarum: philoſophus enim dicit in libro ethicorum: ꝙ felicitas eſt operatio ſecundum perfectam virtutem: ⁊ diſtinguens virtutes non ponit ſpeculatiuas niſi tres: ſcientiam ſapientiam ⁊ intellectum: que omnes pertinent ad conſiderationem ſcientiarum ſpeculatiuarum. ergo vltima hominis beatitudo in conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarum cōſiſtit. ¶ Preterea. Illud videtur eſſe vltima hominis beatitudo qđ naturaliter deſideratur ab omnibus propter ſeipſum: ſed huiuſmodi eſt conſideratio ſpeculatiuarum ſcientiarum: quia vt dicitur in primo metaph. Omnes homines natura ſcire deſiderant. ⁊ poſt pauca ſubditur: ꝙ ſpeculatiue ſcientie propter ſeipſas queruntur. ergo in conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarum conſiſtit beatitudo.

¶ Preterea. Beatitudo eſt vltima hominis perfectio vnumquodque autem perficitur ſecundum ꝙ reducitur in actum per conſiderationem ſcientiarum ſpeculatiuarum. ergo videtur ꝙ in huiuſmodi conſideratione vltima hominis beatitudo conſiſtat. ¶ Sed contra ē quod dicitur Hiere. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua ⁊ loquitur de ſcientia ſpeculatiuarum ſcientiarum. non ergo conſiſtit in harum conſideratione vltima hominis beatitudo. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ ſicut ſupra dictum eſt: duplex eſt hominis beatitudo. vna perfecta: ⁊ alia imperfecta. Oportet autem intelligere perfectam beatitudinem que attingit ad veram beatitudinis rationem: beatitudinem autem imperfectam que non attingit: ſed participat quandam particularem beatitudinis ſimilitudinem ſicut eſt perfecta prudētia in homine apud quem eſt ratio rerum agibilium. Imperfecta autem prudentia eſt in quibuſdam animalibus brutis: in quibus ſunt quidam particulares inſtinctus ad quedam opera ſimilia operibus prudentie. Perfecta igitur beatitudo in conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarum eſſentialiter conſiſtere non poteſt. Ad cuius euidentiam conſiderandum eſt ꝙ conſideratio ſpeculatiue ſcientie non ſe extendit vltra veritatem principiorum illius ſcientie. quia in principijs ſcientie virtualiter tota ſcientia continetur. Prima autem principia ſcientiarum ſpeculatiuarum ſunt per ſenſum accepta: vt patet per philoſophum in principio metaph. ⁊ in fine poſteriorum. Unde tota conſideratio ſcientiarum ſpeculatiuarum nō poteſt vltra extendi: q̃ ſenſibilium cognitio ducere poteſt. In cognitione autem ſenſibilium non poteſt cōſiſtere vltima hominis beatitudo: que eſt vltima eius perfectio: non enim aliquid perficitur aliquo inferiori niſi ſecundum ꝙ in inferiori eſt aliqua participatio ſuperioris. Manifeſtum ē autem ꝙ forma lapidis vel cuiuſlibet rei ſenſibilis eſt inferior homine. vnde per formam lapidis non perficitur intellectus inquantum eſt talis forma. ſed inquantum in ea participat̃ aliquid ſimile alicui. quod eſt ſupra intelle-

ctum humanum.ſ.lumē ītelligibile: vel aliqd huiuſmōi
Omne aūt quod eſt per aliud reducit̄ ad id quod eſt ꝑ
ſe vnde oʒ ꝙ vltima perfectio hominis ſit per cognitio/
nem alicuius rei que ſit ſupra intellectum humanum.
Oſtenſum ē autem ꝙ per ſenſibilia non poteſt deueniri
in cognitionē ſubſtantiarum ſeparatarum: que ſunt ſu/
pra intellectum humanum: vnde relinquitur ꝙ homi/
nis vltima beatitudo non poſſit eſſe in conſideratiōe ſpe
culatiuarum ſcientiarum: ſed ſicut in formis ſenſibilibus
participatur aliqua ſimilitudo ſubſtantiarum ſuperiorū
ita conſideratio ſcientiarum ſpeculatiuarum eſt quedā
participatio vere ⁊ perfecte beatitudinis. ¶ Ad primū
ergo dicendum ꝙ philoſophus loquit̄ in li. ethicorum
de felicitate imperfecta qualiter ī hac vita haberi poteſt
vt ſupra dictū ē. ¶ Ad ſecundū dicendū: ꝙ naturaliter
deſideratur non ſolū perfecta beatitudo: ſed ēt qualiſcū/
qʒ ſimilitudo vel participatio ipſius. ¶ Ad tertium dicē
dum ꝙ per conſiderationem ſcientiarum ſpeculatiuarū
reducitur intellectus noſter aliquo modo in actum: non
autem in vltimum ⁊ completum.

**Ad ſeptimū** ſic proceditur. Videtur ꝙ bea
titudo hominis conſiſtat ī co/
gnitione ſubſtantiarum ſeparatarum .i. angelorum. Di
cit enim Grego. in quadam homel. Nihil prodeſt īter
eſſe feſtis hominum ſi non contingat intereſſe feſtis an
gelorum: ꝑ qđ finalē beatitudinē deſignat: ſed feſtis an
gelorum intereſſe poſſumus per eorum contemplatio/
nem. ergo videtur ꝙ in cōtemplatione angelorum vlti/
ma hominis beatitudo conſiſtat. ¶ P̄. Vltima perfe/
ctio vniuſcuiuſqʒ rei eſt vt coniūgatur ſuo principio: vñ
⁊ circulus dicitur eē figura perfecta. quia habet idē prin
cipium ⁊ finem: ſed principium cognitionis humane ē
ab ipſis angelis per quos homines illuminantur. Vt di
cit dionyſius. 4. capitulo de celeſti hierar. ergo ꝑfectio
humani intellectus eſt in contemplatione angelorum.
¶ Preterea. Vnaqueqʒ natura perfecta eſt quando cō
iungitur ſuperiori nature. ſicut vltima perfectio corpo/
ris eſt vt coniungatur nature ſpirituali: ſed ſupra intelle/
ctum humanum ordine nature ſunt angeli. ergo vltima
perfectio humani intellectus eſt vt coniungatur per con
templationem ipſis angelis. ¶ Sed contra eſt quod di
citur Hiere. 9º. In hoc glorietur qui gloriat̄ ſcire ⁊ no/
ſce me. ergo vltima hominis gloria vel beatitudo nō cō
ſiſtit niſi in cognitione dei. ¶ Reſpondeo dicēdum: ꝙ
ſicut dictum eſt: perfecta hominis beatitudo non conſi/
ſtit in eo ꝙ eſt perfectio intellectus ſecundū alicuius par
ticipationem: ſed in eo ꝙ eſt per eſſentiam tale. Mani
feſtum eſt autem ꝙ vnumqđqʒ in tantum eſt perfectio
alicuius potentie: inquātum ad ipſum pertinet ratio ꝓ/
prij obiecti illius potentie. proprium aūt obiectum intel
lectus eſt verum. quicquid ergo hʒ veritatem participa
tam contemplatum non facit intellectū perfectū vltima
perfectione: cum autem eadem ſit diſpō rerum ineſſe ſi
cut in veritate: vt dicitur in ſcđo metaph. quecūqʒ ſunt
entia: per participationem: ſunt vera per participationē.
Angeli autem hn̄t eſſe participatum. q: ſolius dei ſuum
eſſe ē ſua eſſentia vt in primo oſtenſum eſt: vñ relinquit̄
ꝙ ſolus deus ſit veritas per eſſentiam ⁊ ꝙ eius contem
platio faciat perfecte beatum. Aliqualē autem beatitudi
nem imperfectam nihil prohibet attendi in contempla/
tione angelorum: ⁊ etiam altiorem qʒ in conſideratione
ſcientiarum ſpeculatiuarum. ¶ Ad primum dicendū:
ꝙ feſtis angelorum intererimus non ſolum contemplā
tes angelos: ſed ſimul cū ipſis deum. ¶ Ad ſecundum
dicendū: ꝙ ſecundum illos qui ponunt animas huma
nas eſſe ab angelis creatas: ſatis conueniens videtur ꝙ
beatitudo hominis ſit incontemplatione angelorū qua
ſi in coniunctione ad ſuum principium: ſed hoc eſt erro/
neum: vt in primo dictū eſt. Vnde vltima perfectio in
tellectus humani eſt per coniunctionē ad deum qui eſt
principiū ⁊ creationis anime ⁊ illuminationis eius. A n
gelus autem illuminat tanqʒ miniſter: vt in primo habi
tum eſt: vñ ſuo miniſterio adiuuat hominem vt ad bea
titudinem perueniat: non autem eſt humane beatitudi/
nis obiectum. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ attingꝰ ſupe
riorem naturā ab inferiori ꝯtingit dupliciter. Vno mo
do ſecundum gradum potentie participantis. ⁊ ſic vlti/
ma perfectio hominis erit in hoc ꝙ homo attinget ad
contemplandum ſicut angeli contemplantur. Alio mo
do ſicut obiectum attingitur a potentia: ⁊ hoc modo vl
tima perfectio cuiuſlibet potentie eſt vt attingat ad id in
quo plene inuenitur ratio ſui ſubiecti.

**Ad octauum** ſic proceditur. Videtur ꝙ
beatitudo hominis non ſit ī
viſione ipſius diuine eſſentie. Dicit enim Dionyſius in
primo capitulo myſtice theologie. Qꝫ per id quod eſt
ſupremum intellectus homo deo coniungitur ſicut om
nino ignoto. ſed id quod videtur per eſſentiam non eſt
omnino ignotum. ergo vltima intellectus perfectio ſeu
beatitudo non conſiſtit in hoc ꝙ deus per eſſentiam vi/
deatur. ¶ P̄. Altioris nature perfectio altior eſt: ſed hec
eſt perfectio diuini intellectus propria vt ſuam eſſentiā
videat. ergo vltima ꝑfectio intellectus humani ad hoc
non pertingit: ſed infra ſubſiſtit. ¶ Sed contra eſt quod
dicitur .1. Joh. 3. Cum apparuerit ſimiles ei erimus: ⁊
videbimus eum ſicuti eſt ipſe. ¶ Reſpondeo dicendū:
ꝙ vltima ⁊ perfecta beatitudo non poteſt eſſe niſi in vi
ſione diuine eſſentie. Ad cuius euidentiam duo conſide
randa ſunt. Primo quidem ꝙ homo nō eſt perfecte
beatus qʒdiu reſtat ſibi aliquid deſiderandum ⁊ que/
rendum. Secundum eſt ꝙ vniuſcuiuſqʒ perfectio attē/
ditur ſecundum rationem ſui obiecti. Obiectum autem
intellectus eſt quod quid eſt .i. eſſentia rei: vt dicitur in
3. de anima. vnde intantum procedit perfectio intelle/
ctus inqʒtum cognoſcit eſſentiam alicuius rei. Si ergo
intellectus aliquis cognoſcat eſſentiam alicuius effectus
per quam non poſſit cognoſci eſſentia cauſe: vt. ſ. ſciatur
de cauſa quid eſt: nō dicitur intellectus attingere ad cau
ſam ſimpliciter: qʒuis per effectum cognoſcere poſſit đ
cauſa an ſit: ⁊ ideo remanet naturaliter homini deſideri
um cum cognoſcit effectum ⁊ ſcit eum habere cauſā:
vt etiam ſciat de cauſa quid eſt: ⁊ illud deſiderium ē ad
mirationis ⁊ cauſat inquiſitionem: vt dicitur ī principio
metaph. puta ſi aliquis cognoſcens eclypſim ſolis conſi
derat ꝙ ex aliqua cauſa procedit: de qua quia neſcit qđ
ſit admiratur ⁊ admirādo inquirit: nec iſta inquiſitio qe
ſcit quouſqʒ perueniat ad cognoſcendum eſſentiam cau
ſe. Si igitur intellectus humanus cognoſcens eſſentiā
alicuius effectus creati non cognoſcat de deo niſi an eſt:
nondum perfectio eius attingit ſimpliciter ad cauſā pri
mam: ſed remanet ei adhuc naturale deſiderium inqui
rendi cauſam: vnde nondum eſt perfecte beatus. Ad
perfectam igitur beatitudinem requiritur ꝙ intellectus
pertingat ad ipſam eſſentiam prime cauſe: ⁊ ſic ꝑfectio/
nem ſuam habebit per vnionē ad deum ſicut ad obm in
quo ſolo beatitudo hominis conſiſtit: vt ſupra dictum ē.
¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ Dionyſius loquit̄
de cognitione eorum qui ſunt in via tendentes ad beati/
tudinem. ¶ Ad ſecundum dicendū: ꝙ ſicut ſupra dictū
eſt: finis poteſt accipi dupliciter. Vno modo qʒtum ad
rem ipſam que deſideratur: ⁊ hoc modo idem eſt fi/
nis ⁊ ſuperioris ⁊ inferioris nature: immo omnium re
rum: vt ſupra dictum eſt. Alio modo qʒtum ad conſe/
cutionem huius rei. ⁊ ſic diuerſus eſt finis ſuperioris ⁊
inferioris nature ſecundum diuerſam habitudinem ad
rem talem: ſic igitur altior eſt beatitudo dei ſuam eſſen/
tiam intellectu comprehendentis qʒ hominis vel ange/
li videntis ⁊ non comprehendentis.

¶ Queſtio. iiij.

**Einde** conſiderandum eſt de
his que exiguntur ad
beatitudinem. ¶ Et circa hoc querū

tur octo. Primo vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem. Secundo quid ſit principalius in beatitudine: vtrum delectatio vel viſio. Tertio vtrum requiratur comprehenſio. Quarto vtrum requiratur rectitudo voluntatis: Quinto vtrum ad beatitudinem hominis requiratur corpus. Sexto vtrum perfectio corporis. Septimo vtrum aliqua exteriora bona. Octauo vtrum requiratur ſocietas amicorum.

**Ad primum** ſic proceditur. Videtur ꝙ delectatio nõ requiratur ad beatitudinem. Dicit enim Auguſtinus in primo de trinitate ꝙ viſio eſt tota merces fidei. ſed id quod eſt premiũ vel merces virtutis eſt beatitudo: vt patet per philoſophũ in primo ethicorũ. ergo nihil aliud requiritur ad beatitudinem niſi ſola viſio. ¶ Preterea. Beatitudo eſt per ſe ſufficientiſſimum bonum: vt philoſophus dicit in primo ethicorum: quod autem eget aliquo alio nõ eſt perfecte ſufficiens. cum igitur eſſentia beatitudinis in viſione dei conſiſtat: vt oſtenſum eſt: videtur ꝙ ad beatitudinẽ non requiratur delectatio. ¶ Preterea. Operationem voluntatis ſeu beatitudinis oportet eſſe non impeditam: vt dicitur in .10°. ethicorum: ſed delectatio impedit actionem intellectus: corrumpit enim extimationẽ prudentie: vt dicitur in .6. ethicorum ergo delectatio nõ requiritur ad beatitudinem. ¶ Sed cõtra eſt quod Auguſtinus dicit .10°. confeſſio. ꝙ beatitudo eſt gaudium de veritate. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ quadrupliciter aliquid requiritur ad aliud. Uno modo ſicut preambulum vel preparatorium ad ipſum: ſicut diſciplina requiritur ad ſcientiam. Alio modo ſicut perficiens aliquid: ſicut anima requiritur ad vitam corporis. Tertio modo ſicut coadiuuans extrinſecus: ſicut anima requiritur ad aliquid agendum. Quarto modo ſicut aliquid concomitans: vt ſi dicamus ꝙ calor requiritur ad ignem: ⁊ hoc modo delectatio requiritur ad beatitudinẽ. delectatio enim cauſatur ex hoc ꝙ appetitus requieſcit in bono adepto: vnde cum beatitudo nihil aliud ſit q̃ adeptio ſummi boni: nõ poteſt eſſe beatitudo ſine delectatione concomitante. ¶ Ad primum ergo dicendũ: ꝙ ex hoc ipſo ꝙ merces alicui redditur voluntas merẽtis requieſcit: quod eſt delectari: vnde in ipſa ratiõe mercedis reddite delectatio includitur. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ ex ipſa viſione dei cauſatur delectatio: vnde ille qui deum videt delectatione indigere non poteſt.

¶ Ad tertium dicendũ: ꝙ delectatio concomitans operationem intellectus non impedit ipſam: ſed magis eã confortat: vt dicitur in .10°. ethicorum. Ea enim que delectabiliter facimus attentius ⁊ perſeuerantius operamur: delectatio autem extranea impedit operationem quandoq; quidem ex intentionis diſtractione: quia ſicut dictum eſt: ad ea in quibus delectamur magis intenti ſumus: vt dum vni vehementer intendimus neceſſe ẽ ꝙ ab alio intentio retrahatur. Quandoq; autem etiam ex contrarietate: ſicut delectatio ſenſus contraria rationi impedit extimationem ſpeculatiui intellectus.

**Ad ſecundum** ſic proceditur. Videtur ꝙ delectatio ſit principalius in beatitudine q̃ viſio: delectatio enim vt dicitur in 10°. ethicorum: eſt perfectio operis: ſed perfectio eſt potior ꝑfectibili. g° delectatio ẽ potior opatiõe intellectus q̃ ẽ viſio. ¶ Pre. Illud ꝑꝑ qđ aliqđ eſt appetibile ẽ potius: ſ; operationes appetuntur propter delectationem ipſarum. vnde ⁊ natura in operationibus neceſſariis ad conſeruationem indiuidui ⁊ ſpeciei delectationem appoſuit: vt huiuſmodi operationes ab animalibus non negligantur. ergo delectatio eſt potior in beatitudine q̃ operatio intellectus que eſt viſio. ¶ Preterea. Viſio reſpõdet fidei: delectatio autem ſiue fruitio charitati: ſed charitas eſt maior fide: vt dicit Apoſtolus prima ad Corinth. 13. ergo delectatio ſiue fruitio eſt potior viſione. ¶ Sed contra. Cauſa eſt potior effectu: ſed viſio eſt cauſa delectationis. ergo viſio eſt potior q̃ delectatio.

¶ Reſpondeo dicendum ꝙ iſtam queſtionem mouet philoſophus in .10°. ethicorum ⁊ eam inſolutam dimiſit: ſed ſi quis diligenter conſideret ex neceſſitate: oportet ꝙ opatio intellectus q̃ ẽ viſio ſit potior delectatiõe: delectatio enĩ conſiſtit in quadã quietatiõe voluntatis: ꝙ autem voluntas in aliquo quietetur: non eſt niſi propter bonitatem eius in quo quietatur: ſi ergo voluntas quietatur in aliqua operatione ex bonitate operationis procedit quietatio voluntatis: nec voluntas querit bonũ propter quietationem: ſic enim ipſe actus voluntatis eſſet finis: quod eſt contra premiſſa. Sed ideo querit ꝙ quietetur in operatione: quia operatio eſt bonum eius: vnde manifeſtum eſt ꝙ principalius bonum eſt ipſa operatio in qua quietatur voluntas q̃ quietatio voluntatis in ipſo. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ ſicut philoſophus ibidem dicit: delectatio perficit operationem ſicut decor iuuentutem qui eſt ad iuuentutem conſequens: vnde delectatio eſt quedam perfectio concomitans viſionem: non ſicut perfectio faciens viſionem in ſua ſpecie perfectam eſſe. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ apprehenſio ſenſitiua non attingit ad communem rationẽ boni: ſed ad aliquod bonum particulare: quod eſt delectabile. ⁊ ideo ſecundum appetitum ſenſitiuum qui eſt in animalibus operationes queruntur propter delectationem: ſed intellectus apprehendit vniuerſalem rationem boni: ad cuius conſecutionem ſequitur delectatio. vnde principalius intendit bonum q̃ delectationem: ⁊ inde eſt ꝙ diuinus intellectus qui eſt inſtitutor nature delectationes appoſuit propter operationes: non eſt autẽ aliquid extimandum ſimpliciter ſecundum ordinem ſenſitiui appetitus: ſed magis ſecundum ordinẽ appetitus intellectiui. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ charitas non querit bonum dilectum propter delectationem. ſed hoc eſt ei conſequens vt delectetur in bono adepto quod amat: ⁊ ſic delectatio non reſpondet ei vt finis: ſed magis viſio per quam primo finis fit ei preſens.

**Ad tertium** ſic proceditur: Videtur ꝙ ad beatitudinem non requiratur comprehenſio. dicit enim Auguſtinus ad Paulinã de videndo deum. attingere mente deum magna eſt beatitudo. comprehendere autem eſt impoſſibile. ergo ſine comprehenſione eſt beatitudo. ¶ Preterea. Beatitudo eſt perfectio hominis ſecundum intellectiuam partẽ in qua non ſunt alie potentie: q̃ intellectus ⁊ voluntas. vt in primo dictum eſt: ſed intellectus ſufficienter perficitur per viſionem dei: voluntas autem per delectationem in ipſo. ergo non requiritur comprehenſio tanq̃ aliquod tertium. ¶ Preterea. Beatitudo in operatione conſiſtit: operationes determinantur ſecundum obiecta. obiecta autem generalia ſunt duo. verum ⁊ bonũ. verum correſpondet viſioni: ⁊ bonum correſpondet dilectioni. ergo non requiritur comprehenſio: quaſi aliqđ tertium. ¶ Sed contra eſt quod Apoſtolus dicit .1. ad Corinth. 9°. Sic currite vt comprehendatis: ſed ſpiritualis curſus terminatur ad beatitudinem. vnde ipſe dicit .2. ad Thimot. vltimo Bonum certamẽ certaui: curſum conſummaui: fidem ſeruaui in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie. ergo comprehenſio requiritur ad beatitudinem. ¶ Reſpondeo dicendum ꝙ cum beatitudo conſiſtat in conſecutione vltimi finis: ea que requirũtur ad beatitudinem ſunt conſideranda ex ipſo ordine ad finem: ad finem autem intelligibilem ordinatur homo: partim quidem per intellectum: partim autem per voluntatem: per intellectum quidem inquantum in intellectu preexiſtit aliqua cognitio finis imperfecta.

Per voluntatem autem: primo quidem per amorem qui eſt primus motus voluntatis in aliquid. ſcđo autẽ per realem habitudinem amantis ad amatum. que quidẽ põt eſſe triplex: qñq; enim amatũ eſt preſens amãti. ⁊ tunc iam non queritur: quandoq; autem non ẽ pre-

ſeus. ſed impoſſibile eſt ipſum adipiſci: ⁊ tunc etiam non
queritur: quandoq; autem poſſibile eſt ipſum adipiſci. ſed
eſt obleuatum ſupra facultatem adipiſcentis. ita vt ſtatim
haberi non poſſit. ⁊ hec eſt habitudo ſperantis ad ſpera-
tum. que ſola habitudo facit finis inquiſitionem. Et iſtis
tribus reſpondent aliqua in ipſa beatitudine: nam perfe-
cta cognitio finis reſpondet imperfecte. Preſentia vero
ipſius finis reſpondet habitudini ſpei. Sed delectatio in
preſentia conſequitur dilectionem: vt ſupra dictum eſt. ⁊
ideo neceſſe eſt ad beatitudinem iſta tria concurrere. ſcili-
cet viſionem que eſt cognitio perfecta intelligibilis finis:
comprehenſionem que importat preſentiam finis. delecta
tionem vel fruitionem que importat quietationem rei amā
tis in amato. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ compre-
henſio dicitur dupliciter. Uno modo incluſio comprehē
ſi in comprehendente: ⁊ ſic omne quod comprehenditur
a finito eſt finitū: vnde hoc modo deus comprehendi nō
poteſt ab aliquo intellectu creato. Alio modo comprehē-
ſio nihil aliud nominat q̄ tentionem alicuius rei que iam
preſentialiter habetur ſicut aliquis conſequens aliquē di-
citur eum comprehendere quando tenet eum: ⁊ hoc mo
do comprehenſio requiritur ad beatitudinem. ¶ Ad ſecū
dum dicendum: ꝙ ſicut ad voluntatem pertinet ſpes ⁊
amor: quia eiuſdē eſt amare aliquid ⁊ tendere in illud non
habitum: ita etiam ad voluntatem pertinet comprehenſio
⁊ delectatio: q: eiuſdem eſt habere aliquid ⁊ quieſcere in
illo. ¶ Ad tertium dicendum: ꝙ comprehenſio non eſt
aliqua operatio preter viſionem: ſed quedam habitudo
ad finem iam habitum: vnde etiam ipſa viſio vel res viſa
que preſentialiter adeſt obiectum comprehenſionis eſt.

**Ad quartū** ſic proceditur. Videtur ꝙ rectitu
do voluntatis non requiratur ad
beatitudinem. beatitudo. n. conſiſtit in operatione intelle-
ctus: vt dictum eſt: ſed ad perfectam intellectus operatio
nem non requiritur rectitudo voluntatis: per quā homi-
nes mundi dicuntur: dicit enī Auguſtinus in libro retra-
ctationum. Non approbo: quod in oratiōe dixi: deus qui
non niſi mundos verum ſcire voluiſti. reſponderi. n. pōt
multos etiam non mundos multa ſcire vera: ergo rectitu
do voluntatis non requiritur ad beatitudinem. ¶ Prete
rea prius non dependet a poſteriori: ſed operatio intelle-
ctus eſt prior q̄ operatio voluntatis. ergo beatitudo que
eſt perfecta operatio intellectus non dependet a rectitudi-
ne volūtatis. ¶ Preterea Quod ordinatur ad aliquid tā
q̄ ad finem non eſt neceſſarium adepto iam fine: ſicut na-
uis poſtquam peruenitur ad portum: ſed rectitudo volun
tatis que eſt per virtutem ordinatur ad beatitudinem tan-
q̄ ad finem. ergo adepta beatitudine non eſt neceſſaria re
ctitudo voluntatis. ¶ Sed contra eſt qđ dicitur. Math.
5. Beati mundo corde: quoniam ipſi deum videbunt. ⁊
Heb. vltimo. Pacem ſequimini cum omnibus ⁊ ſancti-
moniam ſine qua nemo videbit deū. ¶ Reſpondeo di-
cendum: ꝙ rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudi-
nem ⁊ antecedenter ⁊ concomitanter. Antecedenter qui-
dem: q: rectitudo voluntatis eſt propter debitum ordinē
ad finem vltimum: finis autem comparatur ad id quod
ordinatur ad finem: ſicut forma ad materiam: vnde ſicut
materia non poteſt conſequi formam niſi ſit debito mo-
do diſpoſita ad ipſam: ita nihil conſequitur finem niſi ſit de
bito modo ordinatum ad ipſum. ⁊ ideo nullus poteſt ad
beatitudinem peruenire niſi habeat rectitudinem volun-
tatis. Concomitanter autem: quia ſicut dictum eſt beatitu-
do vltima conſiſtit in viſione diuine eſſentie que eſt ipſa eſ
ſentia bonitatis: ⁊ ita voluntas videntis dei eſſentiam ex
neceſſitate amat quicquid amat ſub ordine ad deum: ſicut
voluntas non videntis dei eſſentiam ex neceſſitate amat
quicquid amat ſub communi ratione boni quam nouit. ⁊
hoc ipſum eſt quod facit voluntatem rectam. vnde mani
feſtum eſt ꝙ beatitudo non poteſt eſſe ſine recta volunta-
te. ¶ Ad primum ergo dicendum: ꝙ Augu. loquitur de
cognitione veri: quod non eſt ipſa eſſentia bonitatis. ¶ Ad
ſecundum dicendum: ꝙ omnis actus voluntatis procedit
ab aliquo actu intellectus: aliquis tamen actus voluntatis
eſt prior q̄ aliquis actus intellectus. voluntas enim tendit
in finalem actum intellectus qui eſt beatitudo. vnde recta
inclinatio voluntatis preexigitur ad beatitudinem: ſicut re-
ctus motus ſagitte ad percuſſionem ſigni. ¶ Ad tertium
dicendum ꝙ non omne quod ordinatur ad finem ceſſat
adueniente fine: ſed id tantum quod ſe habet in ratione im
perfectionis vt motus: vnde inſtrumenta motus nō ſunt
neceſſaria poſtq̄ peruenitur ad finē: ſed debitus ordo ad
finē eſt neceſſarius.

**Ad quintū** ſic proceditur. Videtur ꝙ ad bea-
titudinem requiratur corpus: per
fectio enim virtutis ⁊ gratie preſupponit perfectionē na-
ture: ſed beatitudo ē perfectio virtutis ⁊ gratie: anima au
tem ſine corpore non habet perfectionem nature cum ſit
pars naturaliter humane nature: omnis autem pars ē im-
perfecta a ſuo toto ſeparata. ergo anima ſine corpore non
poteſt eſſe beata. ¶ P. Beatitudo ē opatio quedam per
fecta: vt ſupra dictum eſt: ſed operatio perfecta ſequitur
eſſe perfectum: q: nihil operatur niſi ſecundum ꝙ eſt ens
in actu: cum ergo anima non habeat eſſe perfectum quan
do eſt a corpore ſeparata: ſicut nec pars ſeparata a toto: vi-
detur ꝙ anima ſine corpore non poſſit eſſe beata. ¶ Pre
terea. Beatitudo ē perfectio hominis: ſed anima ſine cor-
pore non eſt homo: ergo beatitudo non poteſt eſſe in ani-
ma ſine corpore. ¶ Preterea. Secundum philoſophū
in. 10. ethicorum. operatio felicitatis in qua conſiſtit beati-
tudo eſt non impedita: ſed operatio anime ſeparate eſt im
pedita: q: vt dicit Auguſtinus. 12. ſuper Gen. ad litteram
Ineſt ei naturalis quidā appetitus corpus adminiſtran-
di: quo appetitu retardatur quodammodo ne tota itentio
ne pergat in illud ſummū celū. i. in viſionem eſſentie diui
ne. ergo anima ſine corpore non poteſt eē beata. ¶ Pre
terea. Beatitudo eſt ſufficiens bonum ⁊ quietat deſideri
um: ſed hoc non conuenit anime ſeparate: quia adhuc ap-
petit corporis vnionem: vt Auguſtinus. dicit ergo anima
ſeparata a corpore non eſt beata. ¶ Preterea. Homo in
beatitudine eſt angelis equalis: ſed anima ſine corpore non
equatur angelis: vt Auguſtinus dicit. ergo non eſt beata.
¶ Sed contra eſt quod dicitur Apoc. 14. Beati mortui
qui in domino moriuntur. ¶ Reſpondeo dicendum: ꝙ
duplex eſt beatitudo. Una imperfecta que habetur in hac
vita. Et alia perfecta que in dei viſione conſiſtit. Manife-
ſtum eſt autem ꝙ ad beatitudinem huius vite de neceſſi-
tate requiritur corpus. Eſt enim beatitudo huius vite ope
ratio intellectus vel ſpeculatiui vel practici. operatio au-
tem intellectus in hac vita non poteſt eſſe ſine fantaſmate.
quia non eſt niſi in organo corporeo. vt in primo habitum
eſt: ⁊ ſic beatitudo que in hac vita haberi poteſt dependet
quodammodo ex corpore. Sed circa beatitudinem per-
fectam que in dei viſione conſiſtit aliqui poſuerunt ꝙ non
poteſt anime aduenire ſine corpore exiſtenti. dicentes ꝙ
anime ſanctorum a corporibus ſeparate ad illam beatitu-
dinem non perueniunt vſque ad diem iudicij quando cor
pora reſument: quod quidem apparet eſſe falſum: ⁊ au-
ctoritate ⁊ ratione. Auctoritate quidem. quia apoſtolus
dicit. 2. ad Corinth. 5. Quādiu ſumus in corpore peregri-
namur a domino. ⁊ que ſit ratio peregrinationis oſtendit
ſubdens. Per fidem enim ambulamus ⁊ non per ſpe-
ciem: ex quo apparet ꝙ quādiu aliquis ambulat per fidē:
⁊ non per ſpeciem carens viſione diuine eſſentie: nondū
eſt deo preſens. anime autem ſanctorum a corporibus ſe-
parate ſunt deo preſentes. vnde ſubditur. Audemus au
tem ⁊ voluntatem habemus bonam peregrinari a cor-
pore: ⁊ preſentes eſſe ad deum vnde manifeſtum eſt
ꝙ anime ſanctorum ſeparate a corporibus ambulant per
ſpeciem dei eſſentiam videntes: in quo eſt vera beati-
tudo: hoc etiā per rationē apparet: nam itellectus ad ſuam
operationē non indiget corpore niſi ꝓpter fātaſmata i quib⁹
veritatem itelligibilē cōtuet: vt i primo dictū ē. Manifeſtū eſt

aũt ꝙ diuina eẽntia ꝑ fãtaſmata videri nõ põt vt ĩ pᵒ oñſũ ẽ: vñ cũ ĩ viſiõe diue eẽntie ꝑfecta hoĩs btitudo ꝯſiſtat: nõ dependet beatitudo ꝑfecta hoĩs a corpore. vnde ſine corpore põt aĩa eẽ beata. Sed ſciẽdũ ꝙ ad ꝑfectionẽ alicuius rei dupl'r aliqd ꝑtinet. Uno mõ ad ꝯſtituẽdã eẽntiã rei ſicut aĩa requirit' ad ꝑfectionẽ hoĩs. Alio mõ reqrit' ad ꝑfectionẽ rei: quod ꝑtinet ad bñ eſſe eius: ſicut pulchritudo corporis vel velocitas ĩgenij ꝑtinet ad ꝑfectionẽ hoĩs: q̃uis gᵒ corpus pmo mõ ad ꝑfectionẽ btitudinis humane non ꝑtineat: ꝑtinet tñ ſcdo mõ. cũ eñi opatio dependat ex nã rei quãto aĩa ꝑfectior erit ĩ ſua natura: tãto ꝑfectius habebit ſuã ꝓpriã opatiõnẽ in qua felicitas ꝯſiſtit. vñ Aug. ſ.12. ſup Geñ. ad litteram cum queſiuiſſet vtruʒ ſpiritibꝰ defunctorũ ſine corporibus poſſit ſũma illa beatitudo preberi. Reſpondit ꝙ non ſic poſſunt videre icõmutabilem ſubſtantiam vt ſancti angeli vidẽt: ſiue alia latentiore cauſa ſiue ideo: q: eſt in eis nãlis qdam appetitus corpus adminiſtrandi. ¶ Ad pᵐ gᵒ dõʒ: ꝙ beatitudo eſt perfectio aĩe ex pte intellectus: ſm quem aĩa tranſcendit corporis organa: non autem ſm ꝙ eſt forma naturalis corporis: ⁊ iõ illa naturalis perfectio manet ſm quam ei beatitudo debetur: ʒ nõ maneat illa nature perfectio ſm quam ẽ corporis forma. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ anima aliter ſe habet ad eẽ q̃ alie ptes: nã eẽ totius nõ eſt alicuius ſuarum partium: vnde vel pars omnino deſinit eſſe deſtructo toto: ſicut partes animalis deſtructo animali: vel ſi remanẽt hñt aliõ eẽ ĩ actu: ſic ps linee hʒ aliõ eẽ q̃ tota linea: ſed aĩe hũane remanet eẽ cõpoſiti poſt corpis deſtructionẽ ⁊ hoc iõ: q: idẽ ẽ eẽ forme ⁊ mãe. ⁊ hoc idem ẽ eſſe cõpoſiti. anima autem ſubſiſtit in ſuo eſſe. vt ĩ pmo oñſum ẽ. vnde relinquit' ꝙ poſt ſepatiõnẽ a corpore ꝑfectũ eſſe habeat. vnde perfectã opatiõnẽ habere põt: ʒ nõ habeat ꝑfectã naturaʒ. ¶ Ad 3ᵐ dõm: ꝙ btitudo eſt hoĩs ſm ītellectũ: ⁊ iõ remanente intellectu põt ineſſe ei btitudo: ſicut dentes ethiopis pñt eſſe albi ẽt poſt euulſioneʒ ſm quos ethiops dicit' albus. ¶ Ad 4ᵐ dõm: ꝙ dupl'r aliqd ipedit' ab alio. Uno mõ ꝑ modũ ꝯrietatis: ſicut frigꝰ ipedit actionẽ caloris: ⁊ tale impedimentũ opatiõis repugnat felicitati. Alio modo ꝑ modũ cuiuſdã defectus: q: ſ. res ipedita nõ hʒ qcqd ad oĩmodã eius ꝑfectionẽ reqrit'. ⁊ tale impedimentũ opationis nõ repugnat felicitati: ʒ oĩmode ꝑfectioni ipſius: ⁊ ſic ſepatio aĩe a corpore dicit' aĩam retardare ne tota intentiõe tendat in viſionẽ diuine eſſentie appetit eñi aĩa ſic frui deo ꝙ etiã ipa fruitio deriuet' ad corpus ꝑ redundantiã: ſicut eſt poſſibile: ⁊ iõ q̃diu ipſa fruit' deo ſine corpore appetitus eius ſic q̃eſcit in eo ꝙ tñ adhuc ad participatiõnẽ eius vellet ſuuʒ corpus ptingere. ¶ Ad 5ᵐ dõm: ꝙ deſideriũ aĩe ſepate totaliter q̃eſcit ex pte appetibilis: q: hʒ id qð ſuo appetitui ſufficit: ſed nõ totaľr q̃ſcit ex pte appetentis: q: illud bonũ nõ poſſidet ſʒ oẽʒ modũ quo poſſidere vellet: ⁊ iõ corpe reſũpto btitudo creſcit nõ intenſiue ſed extẽſiue. ¶ Ad 6ᵐ dõʒ: ꝙ id qð ibidẽ dr: ꝙ ſpũs defunctoꝝ nõ ſic vident deũ ſicut angeli: nõ eſt intelligẽdũ ſʒ iequalitatẽ q̃titatis: q: etiã mõ aliq̃ aĩe beatoꝝ ſunt aſſumpte ad ſuperiores ordines angeloꝝ clariꝰ videntes deũ q̃ inferiores angeli: ſed intelligit' ſm ineq̃litatẽ proportionis: q: angeli etiaʒ infimi habent oẽm perfectionem beatitudinis quam ſunt habituri: non auteʒ aĩe ſeparate ſanctorum.

**Ad ſextum** ſic procedit'. Videt' ꝙ ꝑfectio corporis nõ requirat' ad btitudinem hoĩs perfectã: perfectio. n. corpis eſt qðdã corpale bonũ: ſed ſupra oñſuʒ eſt ꝙ btitudo nõ ꝯſiſtit in corpalibꝰ bonis gᵒ ad btitudinẽ hoĩs non requirit' aliqua ꝑfecta diſpoſitio corpis. ¶ P. btitudo hoĩs ꝯſiſtit in viſiõe diuine eẽntie: vt oñſum eſt: ſed ad hãc opatiõnẽ nihil exhibet corpus: vt dictũ eſt: gᵒ nulla diſpoſitio corpis requirit' ad btitudineʒ. ¶ P. q̃to intellectꝰ eſt magis abſtractꝰ a corpe tãto ꝑfectius intelligit: ſʒ btitudo ꝯſiſtit in ꝑfectiſſima opatione intellectꝰ: ergo oʒ oĩbus modis aĩaʒ eẽ abſtractã a corpore: nullo ergo mõ reqrit' aliq̃ diſpoſitio corpis ad btitudineʒ.

¶ Sed ꝯ premiũ vtutis ẽ btitudo: vñ dicit' Job. 13. Bti eritis ſi feceritis ea: ſʒ ſanctis repromittit' ꝓ premio nõ ſolũ viſio dei ⁊ delectatio: ſed ẽt corpis bona diſpoſitio: dicit' eñi Iſa. vlt. Uidebitis ⁊ gaudebit cor veſtruʒ: ⁊ oſſa veſtra q̃ſi herba germinabũt. gᵒ bona diſpoſitio corpis reqrit' ad btitudinẽ. ¶ Rñº dõm: ꝙ ſi loq̃mur de btitudine hoĩs q̃lis in hac vita põt haberi: manifeſtũ eſt ꝙ ad eã ex neceſſitate reqrit' bona diſpoſitio corpis. ꝯſiſtit. n. hec btitudo ſm phm in opatione vtutis ꝑfecte. manifeſtũ ẽ autẽ ꝙ ꝑ inualitudinẽ corpis in oĩ opatiõe vtutis homo ipediri põt: ſed ſi loq̃mur de btitudine ꝑfecta. ſic qdã poſuerũt ꝙ nõ reqrit' ad btitudinẽ aliqua corpis diſpoſitio: imo reqritur ad eã vt oĩno aĩa ſit a corpe ſepata. vñ Aug. 22. de ciui. dei: itroducit ṽba. Porphyrij dicẽtis. Qꝫ ad hoc ꝙ ſit btã aĩa oẽ corpus fugiendũ eſt. ſʒ hoc eſt incõueniẽs. cũ. n. nãle ſit aĩe corpi vniri nõ põt eſſe ꝙ ꝑfectio aĩe nãlẽ eius ꝑfectionẽ excludat. Et iõ dõʒ ẽ ꝙ ad btitudinẽ oĩbus modis. ꝑfectã reqrit' ꝑfecta diſpoſitio corpis ⁊ añcedẽter ⁊ ꝯſequẽter. añcedẽter qdẽ: q: vt Aug. dicit. 12. ſup Geñ. ad litterã: ſi tale ſit corpus cuiꝰ ſit difficilis ⁊ grauis adminiſtratio: ſicut caro q̃ corrũpit' ⁊ aggrauat aĩaʒ: auertit' mẽs ab illa viſiõe ſũmi celi: vñ ꝯcludit ꝙ cũ hoc corpus iã nõ erit aĩale ſed ſpũale: tũc angelis adeq̃bit': ⁊ erit ei ad gloriã qð ſarcine fuit. ꝯſequẽter vo: q: ex btitudine aĩe fiet redundãtia ad corpus vt ⁊ ipʒ ſua ꝑfectiõe potiat'. vñ Aug. dicit in epła. ad Dioſcoꝝ. Tã potẽtĩ nã deus fecit aĩaʒ vt ex eiꝰ pleniſſima btitudine redũdet in iferiorẽ nãm icorruptiõis vigor. ¶ Ad pᵐ gᵒ dõʒ: ꝙ in corporali bono nõ ꝯſiſtit btitudo ſicut in obiecto btitudinis: ſed corpale bonũ põt facere ad aliquẽ btitudinis decorẽ vel ꝑfectionẽ. ¶ Ad 2ᵐ dicendũ: ꝙ ⁊ ſi corpꝰ nihil ꝯferat ad illã opatiõnẽ intellectꝰ qua dei eẽntia videt': tñ poſſet ab hac ipedire ⁊ iõ reqrit' ꝑfectio corpis vt ñ ipediat eleuatiõnẽ mẽtis. ¶ Ad 3ᵐ dõʒ ꝙ ad ꝑfectã opatiõeʒ itellectꝰ reqrit' qdẽ abſtractio ab hoc corruptibili corpore quod aggrauat animam: non autem a ſpũali corpore qð erit totaliter ſpiritui ſubiectũ: de quo in tertia parte huius operis dicetur.

**Ad ſeptimũ** ſic pcedit'. Vr ꝙ ad beatitudinẽ reqrantur etiaʒ exteriora bona. qð eñi ĩ pmium ſanctis ꝓmittitur ad beatitudinẽ pertinet ſed ſanctis repromittũtur exteriora bona: ſicut cibus ⁊ potus diuitie ⁊ regnũ. dicit'. n. Luce. 22º. Ut edatis ⁊ bibatis ſup mẽſã meã in regno meo. ⁊ Matth. 6. Theſaurizate vobis theſaurum in celo. ⁊ Matth. 25. Uenite bñdicti patris mei poſſ. regnũ. ergo ad btitudinẽ requirũtur exteriora bona. ¶ Preterea, ſm Boetiũ in 3º d ꝯſolat. Beatitudo eſt ſtatus oĩum bonorũ cõgregatione ꝑfectus. ſʒ exteriora ſũt aliq̃ hoĩs bona: ʒ minima. vt Aug. dicit: gᵒ ipa etiã reqruntur ad beatitudinẽ. ¶ Preterea. dñs Matth. 5. dicit. Merces veſtra multa ẽ ĩ celis: ſed eẽ ĩ celis ſignificat eẽ in loco: ergo ſaltẽ locus exterior reqritur ad beatitudinem. ¶ Sed cõtra eſt qð dr in pſ. Quid. n. mihi ẽ ĩ ce. ⁊ a te. qd vo. ſuper terram. q. d. nihil volo niſi hoc qð ſeqtur: mihi adherere deo bonũ ẽ: ergo nihil aliud extra deũ ad beatitudinẽ reqrit'. ¶ Rñº. dõm: ꝙ ad beatitudinem imperfectam qualis in hac vita poteſt haberi requiruntur exteriora bona: nõ quaſi de eẽntia beatitudinis exñtia: ſed quaſi inſtrumentaliter deſeruientia beatitudini que conſiſtit ĩ opatiõe virtutis: vt dr in pº ethicoꝝ. idiget. n. hõ ĩ hac vita neceſſarijs corporis tã ad opatiõnẽ virtutis cõtẽplatiue q̃ etiã ad opatiõnẽ vtutis actiue: ad quã etiã plura alia reqrũtur quibus exerceat opa actiue vtutis. Sed ad beatitudinẽ ꝑfectã que ĩ viſione dei ꝯſiſtit nullo mõ huiuſmodi bona requiruntur: cuius rõ eſt: q: oĩa huiuſmõi bona exteriora: vel requirunt' ad ſuſtentatiõnẽ animalis corporis: vel requirunt' ad aliquas operationes quas per animale corpus exercemus que humane vite conueniunt: illa autem perfecta beatitudo que in viſione dei conſiſtit: vel erit in anima ſine corpore: vel erit in anima corpori iuncta non iam animali ſed ſpirituali: ⁊ ideo nullo modo huiuſmodi exteriora bona requirunt' ad illã beatitudinem cuʒ ordinẽ-

tur ad vitam animalem. ⁊ quia in hac vita magis accidit ad ſimilitudinem illius perfecte beatitudinis cõtemplatiua q̃ actiua. vtpote etiã deo ſimilioꝛ. vt ex dictis pꝫ. iõ minus indiget huiuſmodi bonis corpoꝛis. vt dr̃ in. 10°. ethi. ¶ Ad p̃mū g° dcẽ: ꝙ oẽs ille corpoꝛales pmiſſiones que in ſacra ſcriptura continentur ſunt metaphoꝛice intelligende ſm ꝙ in ſcripturis ſolẽt ſpiritualia per corpoꝛalia deſignari. vt ex his que nouimus ad deſiderãdũ icognita cõſurgamus. ſicut Gregoꝛius dicit in quadam homelia. Sicut per cibum ⁊ potũ intelligitur delectatio beatitudinis: per diuitias ſufficientia qua homini ſufficiet deus: per regnum exaltatio hominis vſqꝫ ad coniunctionem cuꝫ deo. ¶ Ad 2m dcm: ꝙ bona iſta deſeruientia animalia vite nõ competunt vite ſpirituali in qua beatitudo perfecta conſiſtit: ⁊ tamen erit in illa beatitudine oĩum bonoꝛum cõgregatio. q: quicqd bonum inuenitur in iſtis totum habebitur i ſummo fonte bonoꝛum. ¶ Ad 3m dcm: ꝙ ſm Aug. i li. de ſer. do. in monte. Merces ſanctoꝛum non dr̃ eẽ in corpoꝛeis celis: ſed per celos itelligitur altitudo ſpũaliũ bonorum: nihilominus tamen locus corpoꝛeus. ſ. celum empyreum aderit beatis. non propter neceſſitatem btitudinis: ſed ſm quandam congruentiam ⁊ decoꝛem.

**Ad octauũ** ſic pcedit̃. Videt̃ ꝙ amici ſint neceſſarij ad beatitudinẽ. futura eñ beatitudo i ſcripturis frequẽter noĩe gloꝛie deſignat̃: ſꝫ gloria conſiſtit in hoc ꝙ bonum hoĩs ad notitiam multoꝛum deducitur. ergo ad beatitudinẽ requiritur ſocietas amicoꝛum. ¶ P̃. Boeti⁹ dicit ꝙ nullius boni ſine cõſoꝛtio iocunda eſt poſſeſſio: ſed ad beatitudinẽ requiritur delectatio. g° etiã requirit̃ ſocietas amicoꝝ. ¶ P̃. Charitas i btitudine perficitur: ſed charitas extẽdit ſe ad dilectionem dei ⁊ pꝛoximi. ergo vr̃ ꝙ ad beatitudinẽ reqrat̃ ſocietas amicoꝛuꝫ. ¶ Sꝫ ꝯ ẽ qđ dr̃ Sap. 7°. Venerũt mihi oĩa bona pariter cũ illa. ſ. cũ diuina ſapientia q̃ cõſiſtit i cõtẽplatõne dei: ⁊ ſic ad beatitudinem nihil aliud requiritur. ¶ Rn° dcm: ꝙ ſi loquamur de felicitate pꝛeſentis vite ſicut phs dicit i. 10°. ethi. felix idiget amicis. nõ quidem pꝛopter vtilitatem cũ ſit ſibi ſufficiens: nec ꝓpter delectationẽ: q: hꝫ in ſeipſo delectationẽ perfectã i operatione virtutis: ſed pꝛopter bonã opationẽ: vt. ſ. eis benefaciat: ⁊ vt eos iſpiciens bene facere delectet̃. ⁊ vt ab eis i benefaciendo iuuet̃. Indiget eniꝫ homo ad bene opandum auxilio amicoꝝ: tã i opibus vite actiue: q̃ in opibus vite cõtẽplatiue. Sed ſi loquamur de perfecta beatitudine que erit i patria nõ requirit̃ ſocietas amicoꝛũ de neceſſitate ad beatitudinẽ. q: hõ hꝫ totam plenitudinẽ ſue perfectionis in deo. ſed ad bene eẽ beatitudinis facit ſocietas amicoꝝ. vnde Aug. dicit. 8. ſup Geñ. ad litterã: Q: creatura ſpiritualis ad hoc ꝙ ſit beata nõ niſi intrinſecus adiuuatur eternitate: veritate: charitate creatoꝛis extrinſecus vero ſi adiuuari dicenda ẽ: foꝛtaſſe hoc ſolo adiuuatur ꝙ inuicẽ vident: ⁊ de ſua ſocietate gaudẽt. ¶ Ad p̃mũ g° dcẽ: ꝙ gloꝛia que ẽ eẽntialis beatitudini ẽ quaꝫ habet homo non apud hoĩem: ſed apud deũ. ¶ Ad 2m dcẽ ꝙ verbum illud intelligitur quando in eo bono qđ habet̃ non eſt plena ſufficientia: qđ in ꝓpoſito dici non poteſt: qa omnis boni ſufficientiã habet homo i deo. ¶ Ad 3m dcẽ: ꝙ perfectio charitatis eſt eſſentialis beatitudini q̃tũ ad dilectionem dei: non q̃tum ad dilectionem pꝛoximi: vnde ſi eſſet vna ſola anima fruens deo: beata eſſet non habens ꝓximum quem diligeret: ſed ſuppoſito pꝛoximo ſequit̃ dilectio eius ex perfecta dilectione dei. vnde quaſi concomitanter ſe habet amicicia ad perfectam beatitudineꝫ.

Queſtio. v.

**Einde** conſiderandum eſt de ipa adep tione beatitudinis. ¶ Et circa hoc queruntur octo. P̃rio vtrum homo poſſit conſequi beatitudinem. Secundo vtrũ vnus homo poſſit eſſe alio beatioꝛ. Tertio vtrum aliquis poſſit eſſe i hac vita beatus. Quarto vtrum beatitudo habita poſſit amitti. Quinto vtrum homo per ſua naturalia poſſit acquirere beatitudinem.

d

Sexto vtrum homo conſequatur beatitudinem p actionem alicuius ſuperioꝛis creature. Septimo vtrum reqrantur opera hominis aliqua ad hoc ꝙ homo beatitudinẽ conſequatur ad deo. Octauo vtrum omnis homo appetat beatitudinem.

**Ad tertium** ſic pcedit̃. Videt̃ ꝙ conſiliu3 nõ ſit ſolũ de his q̃ agũtur a nobis: cõſiliũ. n. collationem quandam impoꝛtat: ſ3 collatio inter multos poteſt fieri etiã de rebus imobilibus q̃ non ſiũt a nobis: puta de naturis reꝝ: ergo cõſilium nõ ſolũ ẽ de his q̃ aguntur a nobis. ¶ Pꝛ. Hoĩes interdũ conſilia querũt de his que ſũt lege ſtatuta: vnde ⁊ iuriſconſulti dñr. ⁊ tñ eoꝝ q querũt huiuſmodi conſiliũ non eſt leges facere. gᵒ conſiliũ non ſolum eſt de his que a nobis aguntur. ¶ Pꝛ. Dicuntur etiã q̃dam conſultationes facere de futuris euentibus: qui tamen non ſunt in ptãte noſtra. ergo conſiliu3 nõ ſolum eſt de his que a nobis fiunt. ¶ Pꝛ. Si conſilium eẽt ſolum de his que a nobis fiunt: nullus conſiliaretur đ his q̃ ſunt p aliũ agenda ſed hoc p3 eſſe falſum. ergo cõſilium non ſolũ ẽ de his q̃ a nobis ſiũt. ¶ Sed 3 ẽ qđ Gregoriꝰ nicenꝰ dicit. Conſiliamur de his q̃ ſiũt i nobis: ⁊ p nos fieri pñt. ¶ Rñ°. dđm: ꝙ conſilium pꝓpꝛie impoꝛtat collationem inter plures habitam: qđ ⁊ ipſum nomen deſignat. dicit̃. n. conſilium: quaſi conſidiũ: eo ꝙ multi conſident ad ſimul conferendum. Eſt aũt cõſiderãdũ ꝙ in particularibus contingentibꝰ ad hoc ꝙ aliquid certu3 cognoſcat̃: plures conditiones ſeu circũſtãtias conſiderare o3: q̃s ab vno non facile eſt conſiderare: ſ3 a pluribus certius pcipiũtur: dum ꝙ vnus conſiderat: alij non occurrit. In neceſſarijs autem ⁊ vlibus ẽ abſolutioꝛ ⁊ ſimplicioꝛ conſideratio. ita ꝙ magis ad huiuſmodi cõſiderationẽ vnꝰ p ſe ſufficere poteſt. ⁊ iđ inqſitio cõſilij pꝓpꝛie ptinet ad cõtigẽtia ſingularia. cognitio ãt veritatis i talibus non habet aliqđ magnu3: vt per ſe ſit appetibilis: ſicut cognitio vlium ⁊ neceſſarioꝝ: ſ3 appetitur ſm qđ ẽ vtilis ad opationem: q2 actiones ſũt circa cõtingentia ſingularia. ⁊ ideo dđm eſt ꝙ pꝓpꝛie conſiliũ eſt circa ea q̃ aguntur a nobis. ¶ Ad pᵐ ergo dđm: ꝙ cõſilium impoꝛtat colationẽ: non quãcũq3: ſed colationẽ de rebus agendis ratione iam dicta. ¶ Ad 2ᵐ dđm: ꝙ id qđ eſt lege poſitũ: q̃uis non ſit ex opatiõe querentis conſiliu3 tñ eſt directiuum eius ad operandum. q2 iſta eſt vna ratio aliquod operandi mandatum legis. ¶ Ad 3ᵐ dđm: ꝙ conſilium non ſolum eſt de his que agũtur: ſed de his q̃ oꝛdinantur ad opationes: ⁊ pp hoc cõſultatio dicit̃ fieri de futuris euẽtibus inquantum hõ p futuros euẽtus cognitos dirigit̃ ad aliqđ faciendum vel vitandum. ¶ Ad 4ᵐ dđm: ꝙ de alioꝛum factis cõſilium querimꝰ inquantũ ſũt quodãmodo vnũ nobiſcum. vel p vnionem affectus: ſicut amicus ſollicitus eſt de his que ad amicu3 ſpectãt ſicut de ſuis: vel per modum iſtrumẽti: nã agẽs pncipale ⁊ iſtrale ſunt quaſi vna cã: cum vnum agat p alterum. ⁊ ſic dñs cõſiliatur de his que ſunt agenda per ſeruum.

**Ad quartũ** ſic pceditur. Vr̃ ꝙ conſilium ſit de oĩbus q̃ ſunt p nos agẽda: electio enim ẽ appetitus p2ecõſiliati: vt dictũ eſt: ſ3 electio eſt de omnibus que per nos aguntur: ergo ⁊ cõſiliu3. ¶ Pꝛ. Conſiliũ impoꝛtat inquiſitionẽ rõnis: ſed in omnibus q̃ nõ p impetum paſſionis agimus pcedimus ex inquiſitiõe rationis. ergo de omnibus que aguntur a nobis eſt conſiliũ. ¶ Pꝛ. Phs dicit in 3. ethicoꝛum: ꝙ ſi p plura aliquid fieri põt: conſilio inquirit̃ per quod faciliuũ: ⁊ optime fiat. ſi autem per vnum qualiter per illud fiat: ſed oẽ quod fit: ſit per vnum: vel per multa. ergo de omnibus q̃ ſiũt a nobis eſt conſilium. ¶ Sed contra ẽ qđ Grego. nicenus dicit: ꝙ de his que ſm diſciplinam vel artem ſunt operibus non eſt conſilium. ¶ Rñ°. dđm: ꝙ conſilium eſt inqſitio quedã vt dictum eſt: de illis autem inquirere ſolemꝰ que

in dubium veniunt. vnde ⁊ ratio inquiſitiua que dicitur ar-
gumentum eſt rei dubie faciens fidem: ꝙ autem aliqd in
operabilibus humanis nõ ſit dubitabile ē duobus cõtigit.
Uno modo. q: per determinatas vias ꝓcedit ad deter-
minatos fines. ſicut contingit in artibus que habent certas
vias operandi ſicut ſcriptor non cõſiliat quo modo dꝫ tra-
here lr̃as. hoc. n. determiatū ē ꝑ artē. Alio mõ. q: ñ mul-
tū refert. vtrū ſic vel ſic fiat: ⁊ iſta ſunt minima que paruꝫ
adiuuant vel ĩpediūt reſpectu finis cõſequendi: qđ autem
parum eſt quaſi nihil accipit ratio: ⁊ ideo de duobꝰ nõ con-
ſiliamur: q̃uis ordinentur ad finem: vt phs dicit. ſ. de re-
bus paruis. ⁊ de his que ſunt determinata qualr̃ fieri de-
bent: ſicut eſt ĩ oꝑationibus artium preter quaſdaꝫ conie-
cturales: vt Grego. nicenus dicit: vtputa medicinalis ne-
gociatiua: ⁊ hmõi. ¶ Ad pm ergo dõm: ꝙ electio ſup-
ponit cõſilium ratione iudicij vel ſententie. vñ quando iu-
dicium vel ſententia manifeſta eſt abſq; inquiſitione: nõ re-
qritur cõſilij ĩquiſitio. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ ratio in rebꝰ ma-
nifeſtis non inquirit: ſed ſtatim iudicat. ⁊ ideo nõ opꝫ ĩ oĩ-
bus q̃ rõne aguntur eē inquiſitionē cõſilij. ¶ Ad 3m dõꝫ:
ꝙ qñ aliqd ꝑ vnū põt fieri: ſed diuerſis modis ṗt dubita-
tionē hr̃e. ſicut ⁊ qñ fit ꝑ plura. ⁊ iõ opꝰ ē cõſilio: ſꝫ qñ de-
terminatur nõ ſolū res ſꝫ modus: tūc nõ eſt opꝰ conſilio.

**Ad quintū** ſic proceditur. Uidetur ꝙ conſiliū non ꝓcedat modo reſolutorio. cõ-
ſilium. n. ē de his q̃ a nobis agūtur: ſꝫ oꝑatões noſtre nõ ꝓ-
cedūt mõ reſolutorio: ſed magis mõ compoſitiuo. ſ. de ſim-
plicibus ad compoſita. ergo compoſiti conſilium nõ ſem-
per ꝓcedit modo reſolutorio. ¶ P̃. Cõſiliū eſt ĩquiſitio ra-
tionis. ſꝫ rõ a ṗoribꝰ ĩcipit: ⁊ ad poſteriora deuenit ſm con-
uenientiorem ordinē. cū igitur p̃terita ſint ṗora p̃ſentibus:
⁊ p̃ntia ṗora futuris: in conſiliando videt̃ eē ꝓcedenduꝫ a
p̃ntibus ⁊ p̃teritis ĩ futura. qđ non pertinet ad ordinem re-
ſolutoriū. ergo in conſilijs nõ ſeruat̃ ordo reſolutorius.
¶ P̃. Conſiliū non eſt niſi de his q̃ ſunt nobis poſſibilia:
vt dĩ ĩ. 3. ethi. ſꝫ an ſit nobis aliqd poſſe perpēdit̃ ex eo qđ
poſſumꝰ facere: vl' nõ poſſumꝰ facere: vt ꝑueniamꝰ in illđ.
ergo ĩ iqſitione cõſilij a p̃ntibꝰ ĩcipere opꝫ. ¶ Sꝫ ꝯ ē qđ
phs dicit ĩ. 3. ethicorum: ꝙ ille q cõſiliat̃ videt̃ q̃rere ⁊ re-
ſoluere. ¶ Rñ°. dõꝫ: ꝙ ĩ oĩ ĩquiſitione opꝫ incipere ab ali-
quo principio: qđ qdē ſi ſicut ē prius ĩ cognitiõe: ita ēt ſit ṗ-
us in eſſe: nõ ē ꝓceſſus reſolutoriꝰ: ſꝫ magis cõpoſitiuus.
Procedere. n. a cauſis ĩ effectꝰ ē ꝓceſſus cõpoſitiuꝰ: nam
cauſe ſūt ſimpliciores effectibꝰ: ſi āt id qđ ē prius ĩ cognitõe
ſit poſterius in eſſe: eſt proceſſus reſolutorius: vtpote cum
de effectibꝰ manifeſtis iudicamꝰ reſoluendo in cauſas ſim-
plices. ṗncipiū aūt ĩ iqſitiõe cõſilij ē finis. q qdē ē ṗor ĩ iten-
tione: poſterior tñ ĩ eſſe: ⁊ ſm hoc opꝫ ꝙ iqſitio cõſilij ſit re-
ſolutiua: ĩcipiendo. ſ. ab eo qđ ĩ futuro ĩtenditur quouſq;
ꝑueniatur ad id qđ ſtatiꝫ agendū eſt. ¶ Ad pm ergo dõꝫ:
ꝙ cõſiliū ē de oꝑibꝰ: ſꝫ rõ oꝑationū accipit̃ ex fine. ⁊ iõ or-
do ratiocinādi de oꝑationibꝰ ē cõtrarius ordini operandi.
¶ Ad 2m dõm: ꝙ ratio incipit ab eo qđ eſt priꝰ ſm rõnē:
non aūt ſemꝑ ab eo qđ ē priꝰ tempore. ¶ Ad 3m dõm: ꝙ
de eo quod eſt agendum propter finem non quereremus
ſcire an ſit poſſibile ſi non eſſet congruum fini: ⁊ ideo priꝰ
oportet inquirere an conueniat ad ducendum in finem q̃ꝫ
conſideretur an ſit poſſibile.

**Ad ſextū** ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ inquiſitio conſilij ꝓcedat in infinitū. conſiliū. n. iquiſitio
eſt de particularibꝰ in quibus ē oꝑatio: ſed ſingularia ſūt in-
finita. ergo iquiſitio conſilij eſt infinita. ¶ P̃. Sub inqſitio-
ne cõſilij cadit cõſiderare nõ ſolū qđ agendū ſit: ſed ēt quo
modo ĩpedimēta tollant̃: ſꝫ q̃libet hūana actio põt ĩpediri.
⁊ ĩpedimētū tolli põt ꝑ aliquā rõnē hūanā. g° ĩ ĩfinituꝫ re-
manet q̃rere de ĩpedimētis tollēdis. ¶ P̃. Inqſitio ſciētie
demõſtratiue nõ ꝓcedit in ĩfinitum: q: ē deuenire in aliqua
ṗncipia ꝑ ſe nota: q̃ omnimodā certitudinē hñt. ſꝫ talis cer-
titudo non poteſt inueniri in ſingularibꝰ contingentibus q̃
ſunt variabilia ⁊ incerta. ergo inquiſitio conſilij ꝓcedit ĩ in-
finitum. ¶ Sed ꝯ: nullus mouet̃ ad id ad qđ impoſſe ē ꝙ
ꝑueniat. vt dĩ ĩ p̃mo de celo: ſꝫ infinitū impoſſe ē tranſire: ſi
igitur inquiſitio conſilij ſit infinita: nullus conſiliari incipe-
ret: qđ pꝫ eſſe falſum. ¶ Rñ°. dõm: ꝙ inquiſitio conſilij
eſt infinita in actu ex duplici ṗte. ſ. ex parte principij: ⁊ ex
parte termini: accipitur. n. in inquiſitione cõſilij duplex ṗn-
cipium. vnum proprium ex ipſo genere oꝑabilium. ⁊ hoc
eſt finis de quo non eſt conſilium: ſꝫ ſupponit̃ ĩ cõſilio: vt
principiū: vt dictū ē. Aliud quaſi ex alio genere aſſumptū.
ſicut ⁊ in ſciētijs demõſtratiuis vna ſciā ſupponit aliqua ab
alia. de quibus non inquirit: huiuſmodi āt ṗncipia q̃ ĩ inqſi-
tione cõſilij ſupponuntur ſūt quecūq; ſunt ꝑ ſenſum acce-
pta: vtpote ꝙ hoc ſit panis vl' ferꝝ: ⁊ quecūq; ſūt ꝑ aliquā
ſciētiā ſpeculatiuā vel practicam ĩ vli cognita. ſicut ꝙ me-
chari ē a deo ꝓhibitum. ⁊ ꝙ hõ nõ poteſt viuere niſi nu-
triatur nutrimento conuenienti. ⁊ de iſtis non inquirit con-
ſiliator. Terminus autem inquiſitionis ē id qđ ſtatim ē in
ṗtāte nr̃a vt faciamus. Sic̃. n. finis hꝫ rationeꝫ ṗncipij: ita
id qđ agit̃ ꝓꝑ finē hꝫ rõnē concluſionis. vñ id qđ prio agē-
dum occurrit: habet rationem vltime concluſionis ad quā
inquiſitio terminat̃: nihil āt ꝓhibet cõſiliū potentia infinitū
eſſe ſm ꝙ in ĩfinitum pñt aliq̃ occurrere cõſilio inquirēda.
¶ Ad ṗmum ergo dõm: ꝙ ſingularia ñ ſunt infinita actu:
ſed in potentia. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ lꝫ humana actio poſſit
impediri. non tamen ſemꝑ hꝫ impedimentum paratū. ⁊
iõ non ſemꝑ oportet conſiliari de impedimento tollendo.
¶ Ad 3m dõm: ꝙ in ſingularibus contingentibus poteſt
aliquid accipi certū. ⁊ ſi nõ: ſimplr̃ tñ vt nunc. ꝓut aſſumit̃
tur ĩ oꝑatione. Sortem. n. ſedere non eſt neceſſarium: ſed
eum ſedere dum ſedet eſt neceſſarium: ⁊ hoc per certitu-
dinem accipi poteſt.

¶ Queſtio. xv.

d **Einde** conſiderandum eſt de cõ-
ſenſu. ¶ Et circa hoc q̃-
rūtur q̃tuor. Prio vtrum conſenſus ſit
actus appetitiue vel apprehēſiue virtu-
tis. Scđo vtrum conueniat brutis aīa-
libus. Tertio vtꝝ ſit de fine: vel đ his
que ſunt ad finem. Quarto vtrū cõſen-
ſus ĩ actū pertineat ſolū ad ſuperiorē anime partem.

**Ad primum** ſic proceditur. Uidetur ꝙ con-
ſentire ꝑtineat ſolū ad partem
aīe apprehenſiuaꝫ. Aug. n. 12. de tri. conſenſum attribuit
ſuperiori rõni: ſed ratio nominat apprehenſiuā v̄tutē: ergo
cõſentire ꝑtinet ad apprehēſiuā v̄tutē. ¶ P̃. Cõſētire ē ſi-
mul ſentire: ſꝫ ſentire ē apprehēſiue potētie: ergo ⁊ cõſenti-
re. ¶ P̃. Sicut aſſētire dĩ applicationē ītellectꝰ ad aliqd:
ita ⁊ ꝯſētire: ſed aſſētire ꝑtinet ad ītellectū q ē vis apꝑhenſi-
ua. ergo ⁊ cõſētire ad vim apꝑhēſiuā ꝑtinet. ¶ Sꝫ ꝯ eſt
qđ Damaſ. dicit in. 2. libro. Q: ſi aliqs iudicet: ⁊ non dili-
gat: nõ ē ſnīa. i. ꝯſenſus: ſꝫ diligere ad appetitiuā v̄tutē ꝑti-
net. ergo ⁊ conſenſus. ¶ Rñ°. dõm: ꝙ conſentire impor-
tat applicationē ſēſus ad aliqd. Eſt āt ꝓpriū ſenſus. ꝙ co-
gnoſcitiuꝰ ē reꝝ p̃ntiū: vis. n. imaginatiua ē apprehenſiua ſi-
militudinum corporaliū: ēt rebus abſentibus. quaruꝫ ſunt
ſimilitudines: itellectus āt apprehenſiuus eſt vliuꝫ ratio-
num: quas poteſt apꝑhendere indifferenter: ⁊ preſentibꝰ
⁊ abſentibus ſingularibus. ⁊ q: actus appetitiue v̄tutis ē
q̃dā iclinatio ad rem ipſam ſm quandam ſilitudineꝫ: hinc
eſt ꝙ ipſa applicatio appetitiue virtutis ad rem ſm quam
ei inheret: accipit nomen ſenſus: q̃ſi experiētiā quādaꝫ ſu-
mens de re cui ĩheret: inquātū cõplacet ſibi ĩ ea. vñ Sap̃.
1. dĩ. Sentite de domino ĩ bonitate. ⁊ ſm hoc cõſentire ē
actus appetitiue v̄tutis. ¶ Ad pm ergo dõm: ꝙ ſic dĩ ĩ. 3.
de aīa. volūtas ĩ rõne conſiſtit. vñ cū Aug. attribuit conſe-
ſum rationi: accipit rationem ſm ꝙ in ea cõcludit̃ volūtas
¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ ſentire proprie dictum ad
apprehenſiuam potentiam pertinet: ſꝫ ſm ſimilitudinem
cuiuſdā experiētie ꝑtinet ad appetitiuā. vt dictum ē. ¶ Ad
tertiū dicendū: ꝙ aſſentire ē q̃ſi ad aliud ſentire. ⁊ ſic ĩpor-
tat quādam diſtātiam ad id cui aſſentitur: ſꝫ cõſentire ē ſi-
mul ſentire. ⁊ ſic ĩportat quādam cõiunctionem ad id cui
conſentit̃: ⁊ ideo voluntas cuius eſt tendere ad ipſam rē:
magis proprie dĩ conſentire. Intellectꝰ āt cuius operatio

non eſt ſm motum ad rem:ſed potius econuerſo: vt in
primo dictum eſt:magis proprie dr̄ aſſentire:q̄uis vnum
pro alio poni ſoleat. Poteſt etiam dici ꝙ intellectus aſſen
tit inquantum a voluntate mouetur.

**Ad ſecundū** ſic proceditur. Videt̄ ꝙ conſē/
ſus cōueniat brutis aīalibꝰ:ↄſē/
ſus.n.importat determinationem appetitus ad vnū:ſ3 ap/
petitus brutorū aīaliū ſunt determinati ad vnū:ergo con/
ſenſus in brutis aīalibus inuenitur. ¶ P̄. Remoto priori
remouet̄ poſterius:ſed cōſenſus precedit opis executōe3
ſi ergo in brutis non eēt conſenſus:nō eēt in eis opis execu
tio:qđ p3 eſſe falſum. ¶ P̄. Hoīes iterdū conſentire di/
cuntur i aliquid agendum ex aliqua paſſione.puta cōcupi/
ſcētia vel ira:ſed bruta aīalia ex paſſione agunt.ergo in eis
eſt conſenſus. ¶ S3 ↄ̄ ē qđ Damaſ.dicit:ꝙ poſt iudiciu3
hō diſponit ⁊ amat qđ ex cōſilio iudicatum ē qđ vocat̄ ſē/
tentia.i.conſenſus:ſed conſiliū nō eſt in brutis aīalibus. g°
nec conſenſus. ¶ Rñ°. dđ3:ꝙ cōſenſus ꝓprie loquēdo ñ
eſt in brutis aīalibus:cuius rō eſt.q: cōſenſus iportat ap/
plicationem appetitiui motus ad aliquid agēdum.eiꝰ autē
ē applicare appetitiuu3 motū ad aliqd agēdū:in cuius po/
teſtate ē appetitiuus motꝰ.ſicut tāgere lapidem conuenit
qdē baculo:ſ3 applicare baculū ad tactū lapidis:eſt eiꝰq h3
i ptāte mouere baculū:bruta āt aīalia nō hñt i ſui ptāte ap
petitiuum motū:ſ3 talis motꝰ i eis eſt ex iſtinctu nāe: vn/
de brutū aīal appetit qdē:ſ3 nō applicat appetitiuum mo/
tum ad aliqd: ⁊ ꝓpter hoc nō ꝓprie dr̄ cōſentire:ſed ſolu3
rōnalis nā que h3 i ptāte ſua appetitiuū motum. ⁊ pōt ip̄3
applicare vel nō applicare ad hoc vel ad illud. ¶ Ad pm
g° dđ3:ꝙ in brutis aīalibus īuenitur determinatio appe/
titus in aliquid paſſiue tñ:conſenſus vō iportat determina
tionem appetitus nō ſolū paſſiuā:ſ3 magis actiuā. ¶ Ad
ſecundū dđm:ꝙ remoto priori remouet̄ poſteriꝰ:qđ ꝓpe
ex eo tñ ſequit̄:ſi āt aliquid ex pluribus ſequi poſſit:ñ ꝑ
hoc poſterius remouet̄ vno priorum remoto:ſicē ſi īdura
tio poſſit fieri ⁊ a calido ⁊ frigido:nā lateres idurantur ab
igne: ⁊ aq̄ cōgelata indurantur ex frigore:non op3 ꝙ remo
to calore remoueat̄ induratio:executio aūt opis non ſolu3
ſequitur ex conſenſu ſed etiam ex ipetuoſo appetitu:q̄lis ē
in brutis animalibus. ¶ Ad 3m dđm:ꝙ homines qui ex
paſſione agunt poſſunt paſſionem non ſequi:non autē bru
ta animalia. vnde non eſt ſimilis ratio.

**Ad tertium** ſic proceditur. Videtur ꝙ conſē
ſus ſit d̄ fine.q: ꝑꝑ qđ vnūqdq3
⁊ illud magis.ſ3 his q̄ ſūt ad finē ↄſētimꝰ ꝑꝑ finē.ergo fini
cōſentimꝰ magis. ¶ P̄. Actio iteperati ē finis eius:ſicut ⁊
actio virtuoſi eſt finis eiꝰ:ſ3 itemperatus cōſentit i ꝓpriu3
actū.ergo cōſenſus pōt eē de fine. ¶ P̄. Appetitus eoru3
q̄ ſūt ad finē eſt electio: vt ſupra dictū ē.ſi igit̄ cōſenſus eēt
ſolū de his que ſunt ad finē:in nullo ab electiōe differre vi
deretur:qđ p3 eē falſum ꝑ Damaſ.q dicit ꝙ poſt diſputa
tionem quā vocauerat ſniam fit electio.nō ergo conſenſus
eſt ſolum de his que ſunt ad finē. ¶ S3 ↄ̄ eſt qđ Damaſ.
ibidē dicit. Cōſenſus:ſiue ſnīa ē qñ hō diſponit ⁊ amat qđ
ex cōſilio iudicatū eſt:ſed conſilium non eſt niſi de his que
ſunt ad finē.ergo nec conſenſus. ¶ Rñ°. dđm:ꝙ conſen/
ſus nominat applicationē appetitiui motus ad aliquid pre
exiſtēs i ptāte applicantis:in ordine āt agibiliū.p̄mo qdem
op3 ſumere apprehenſionē finis.deinde appetitum finis.
deinde conſilium de his q̄ ſunt ad finem.deinde appetitu3
eoꝝ q̄ ſūt ad finē.appetitus āt in vltimum finem tendit na
turaliter. vñ ⁊ applicatio motꝰ appetitiui i finem apphēſū
non h3 rōnē conſenſus:ſed ſimplicis volūtatis.de his aūt
q̄ ſunt poſt vltimum finem:iquātum ſūt ad finē ſub conſi/
lio cadūt: ⁊ ſic poteſt eſſe de eis conſenſus iquātū motꝰ ap
petitiuus applicatur ad id qđ ex conſilio iudicatu3 eſt. mo
tus vero appetitiuus in finē non applicatur cōſilio:ſ3 ma/
gis conſilium ipſi.q: conſilium p̄ſupponit appetitu3 finis:
ſed appetitus eoꝝ q̄ ſunt ad finē preſupponit determinatio
nem conſilij. Et ideo applicatio appetitiui motus ad deter
minationē conſilij ꝓprie eſt conſenſus. vñ cum conſiliū nō
ſit niſi de his que ſunt ad finem:conſenſus ꝓprie loquen/
do non eſt niſi de his que ſunt ad finem. ¶ Ad pm g° di/
cendum:ꝙ ſicut concluſiones ſcimus per p̄ncipia.hoꝝ tñ
nō ē ſcia:ſed qđ maius eſt.ſ. intellectus. ita conſentimus
his que ſunt ad finē ꝓpter finem:cuius tñ non eſt cōſēſus:
ſed qđ maius eſt.ſ.volūtas. ¶ Ad ſecundu3 dđm:ꝙ in/
temperatus h3 pro fine delectationē operis ꝑꝑ quā conſē
tit i opꝰ magis q̄3 in ipſam operationē. ¶ Ad 3m dđm: ꝙ
electio addit ſupra conſenſum quādam relationem reſpe/
ctu eiꝰ cui aliqd p̄eligit̄. ⁊ iō poſt cōſēſum adhuc remanet
electio.pōt.n.cōtingere ꝙ ꝑ conſilium inueniantur plura
ducentia ad finem:quoꝝ dū quodlibet placet i quodlibet
eorum ↄſentitur:ſed ex multis q̄ placēt p̄accipimꝰ vnum
eligendo:ſed ſi inueniatur vnū ſolum qđ placeat:nō diffe
runt conſenſus ⁊ electio:ſed ratione tñ: vt conſenſus dica
tur ſm ꝙ placet ad agendum:electio autem ſm ꝙ prefer
tur his que non placent.

**Ad quartū** ſic proceditur. Videt̄ ꝙ conſen/
ſus ad agendum non ſemꝑ perti
neat ad ſuperiorē rationem. delectatio.n.conſeqtur opatio
nē. ⁊ perficit eā ſicut decor iuuentutem:ſicut dicitur in.10.
ethicorum:ſed conſenſus in delectationem ꝑtinet ad infe/
riorē rationem: vt dicit Augu.in.12.de tri.ergo conſenſus
in actum non pertinet ad ſolam ſuperiorem rationem.
¶ P̄. Actio in quam conſentimus dr̄ eē volūtaria:ſ3 mul
tarum potentiarum eſt ꝓducere actiones voluntarias. g°
non ſola ſuperior ratio conſentit in actu3. ¶ P̄. Superior
ratio intēdit eternis īſpiciendis: ⁊ conſulendis. vt Aug. dic̄
in.12.de tri.ſed multotiens homo conſentit in actū non ꝑꝑ
rōnes eternas:ſ3 propter aliquas rōnes temporales: vel
etiam propter aliquas anime paſſiones.non ergo conſen/
tire in actum pertinet ad ſolam ſuperiorem rationem.
¶ S3 ↄ̄ eſt qđ Aug.dic̄.12.de tri. Nō pōt peccatum effi/
caciter perpetrandum mente decerni:niſi illa mentis īten
tio penes quā ſūma ptās mēbra in opus mouendi: vel ab
ope cohibendi male actioni:cedat ⁊ ſeruiat. ¶ Rñ°. dđ3:
ꝙ finalis ſententia ſemper pertinet ad eum qui ſupior eſt:
ad quē ꝑtinet de alijs iudicare. q̄3diu.n.iudicandum reſtat
qđ ꝓponit̄.nōdum datur finalis ſnīa. Manifeſtū ē autē ꝙ
ſupior rō eſt q̄ h3 de oībus iudicare. q: de ſenſibilibus ꝑ
rationem iudicamus. de his vō q̄ ad rationes hūanas ꝑti
nent iudicamus ſm rationes diuinas que ꝑtinent ad ratio
nē ſuperiorem. ⁊ iō q̄3diu īcertū ē:an ſm rōnes diuīas re
ſiſtatur: vel non:nullum iudicium rōnis h3 rationē finalis
ſnīe. finalis āt ſnīa de agendis eſt conſenſus in actum. ⁊ iō
conſenſus i actum ꝑtinet ad rationē ſupiorem:ſ3 tñ ꝙ i ra
tione voluntas includitur:ſicut ſupra dictum ē. ¶ Ad pm
ergo dđ3:ꝙ conſenſus in delectationem operis pertinet
ad ſuperiorem rationem:ſicut ⁊ conſenſus i opus:ſ3 con/
ſenſus in delectationem cogitationis ꝑtinet ad rationē īfe/
riorē:ſicē ad ipſā ꝑtinet cogitare. ⁊ tñ de hº ipſo qđ ē cogita
re: vl̄ ñ cogitare:iquātū cōſiderat̄ vt actio:q̄dā h3 iudiciū
ſuperior ratio: ⁊ ſimiliter de delectatione conſequente: ſed
inquātū accipitur vt ad actionē aliam ordinatū:ſic ꝑtiet ad
inferiorē rationē:qđ.n.ad aliud ordinat̄:ad inferiorē arte3
vel potētiā ꝑtinet q̄3 finis ad quē ordinat̄: vnde ars que ē
de fine architectonica ſeu p̄ncipalis vocatur. ¶ Ad 2m di/
cendū:ꝙ q: actiones dr̄ volūtarie:ex hoc ꝙ eis conſenti
mus:ñ op3 ꝙ ↄſēſus ſit cuiuſlib3 potētie:ſ3 volūtatis a q̄
dr̄ volūtariū q̄ ē in rōne:ſicē dictū ē. ¶ Ad 3m dđm: ꝙ rō
ſupior dr̄ cōſentire:non ſolū q: ſ3 rationes eternas ſꝑ mo
ueat ad agēdū:ſ3 ēt q: ſ3 rationes eternas non diſſentit.

¶ Queſtio. xvi.

**Einde** conſiderandū eſt de vſu.
¶ Et circa hoc queruntur
quatuor. Primo vtrū vti ſit actꝰ volun/
tatis. 2° vtrū conueniat brutis animali/
bus. 3° vtrum ſit tātum eorum q̄ ſunt
ad finē: vel etiam finis. 4° de ordine
vſus ad electionem.

d

**Ad primum** ſic proceditur. Videtur ꝙ vti ñ
ſit actꝰ volūtatis.dicit.n.Augu.
in primo de doc.xp̄ia.ꝙ vti eſt id quod in vſum venit ad

aliud obtinendū referre.ſed refere aliq̄d ad aliud eſt rationis:cuius eſt conferre: ⁊ ordinare.ergo vti eſt actus rationis.non g° volūtatis. ¶ P̄. Damaſ.dicit:ꝙ homo ipetū facit ad opationē ⁊ dr̄ ipet⁹:deinde vtit̄: ⁊ dr̄ vſus:ſʒ operatio ptinet ad potētiā executiuā.act⁹ āt volūtatis n̄ ſequr actū executiue potētie:ſʒ executio ē vltimū.g° vſus n̄ eſt act⁹ volūtatis. ¶ P̄. Aug.dicit in lib.83.q. Oīa q̄ fcā ſūt:in vſum hominis facta ſūt.q: omnib⁹ vtit̄ h̄ iudicādo ea que hominib⁹ data ſūt.ſʒ iudicare de reb⁹ a deo creatis ptinet ad ratonē ſpeculatiuā q̄ omnino ſeparata videt̄ a volūtate q̄ eſt principium humanorum actuum.ergo vti non ē act⁹ voluntatis. ¶ Sed ꝯ eſt q̄ð Augu.dicit in.10.de tri. Uti ē aſſumere aliq̄d in facultatem volūtatis. ¶ Rñ°. dðm:ꝙ vſus rei alicui⁹ importat applicationē rei illius ad aliquam operationē. vnde ⁊ opatio ad quā applicam⁹ rem aliquaʒ dr̄ vſus eius.ſicut eq̄tare eſt vſus equi. ⁊ percutere ē vſus baculi.ad opationeʒ āt applicam⁹: ⁊ p̄ncipia interiora agēdi.ſ.ipſas potētias anime: vel membra corporis: vt intellectum ad intelligendū: ⁊ oculū ad videnduʒ: ⁊ res exteriores:ſic baculuʒ ad pcutiendū:ſʒ mãifeſtū ē ꝙ res exteriores non applicam⁹ ad aliquā opationem niſi p p̄ncipia intrinſeca que ſūt potentie anime:aut habitus potentiarum aut organa que ſunt corporis mēbra. Oſtēſum eſt aūt.ſ.ꝙ voluntas eſt que mouet potētias anime ad ſuos act⁹. ⁊ h° eſt applicare eas ad opationem. vnde manifeſtum eſt ꝙ vti primo ⁊ p̄ncipaliter eſt voluntatis tāquā p̄mi mouentis:rationis āt tāquā dirigētis:ſed aliarum potentiarum tāquā exequentium q̄ comparantur ad voluntatē a qua applicantur ad agendum:ſicut inſtrumēta ad p̄ncipale agēs. actio āt ꝓprie non attribuitur inſtrumento : ſed principali agenti.ſicut edificatio edificatori:non autē inſtrumētis. vnde manifeſtum ē quod vti ꝓprie eſt actus voluntatis.

¶ Ad primum ergo dðm:q̄ð ratio q̄dē in aliud refert.ſʒ voluntas tēdit in id q̄ð eſt in aliud relatum per rationem. ⁊ ſm̄ hoc dr̄ ꝙ vti eſt referre aliq̄d in alteꝝ. ¶ Ad 2m dicendum:ꝙ Damaſ.loquit̄ de vſu ſm̄ ꝙ ptinet ad executiuas potētias. ¶ Ad 3m dðm:ꝙ ēt ipſa ratio ſpeculatiua applicatur ad opus intelligendi: vel iudicandi a voluntate ⁊ ideo intellect⁹ ſpeculatiu⁹ vti dr̄ tāquam a voluntate motus:ſicut alie executiue potentie.

**Ad ſecūdū** ſic ꝓceditur. Uidet̄ ꝙ vti conueniat brutis animalib⁹.frui.n.ē nobilius q̄ȝ vti.q: vt Auguſtinus in.10.de trini. Utimur eis q̄ ad aliud referrimus:quo fruendum ē.ſed frui conuenit brutis animalib⁹ vt ſupra dcm̄ ē:ergo multo magis conuenit eis vti. ¶ P̄. Applicare mēbra ad agēdum ē vti mēbris:ſʒ bruta aīalia applicāt mēbra ad aliq̄d agēdum : ſicut pedes ad ambulādum:cornua ad pcutiendum.ergo brutis animalib⁹ ꝯuenit vti. ¶ Sed ꝯ ē q̄ð Augu.dicit in lib. 83.q. Uti aliq̄d non p̄t niſi animal:q̄ð rationis ē particeps. ¶ Rñ°.dðm:ꝙ ſicut dictuʒ eſt: vti eſt applicare aliquod principium actionis ad actionem:ſicut cōſentire eſt applicare motum appetitiuum ad aliq̄d appetendū: vt dcm̄ ē: applicare autē aliq̄d ad alterū non eſt niſi eius q̄ð hʒ ſuper illud arbitrium:q̄ð non ē niſi ei⁹ q ſcit referre aliquid in alterum q̄ð ad rationem pertinet. ⁊ ideo ſolum aīal rationale ⁊ conſentit ⁊ vtitur. ¶ Ad p̄m ergo dðm:ꝙ frui iportat abſolutum motum appetitus in appetibile:ſed vti importat motum appetitus ad aliq̄d i ordīe ad alterū. Si g° cōparētur vti ⁊ frui quātū ad obīa:ſic frui ē nobili⁹ q̄ȝ vti. q: id q̄ð ē abſolute appetibile ē meli⁹ q̄ȝ id q̄ð ē appetibile ſolū i ordīe ad aliū:ſʒ ſi cōparētur quātū ad vim apprehēſiuā p̄cedētē maior nobilitas reqrit̄ ex pte vſus.q: ordinare aliq̄d i alterū ē rōnis.abſolute āt aliq̄d apprehēdere poteſt ēt ſenſus. ¶ Ad 2m dðm:ꝙ aīalia p ſua mēbra aliquid agunt inſtinctu nature:nō p hoc ꝙ cognoſcāt ordinē membrorum ad illas opationes. vñ nō dicuntur proprie applicare membra ad agendum:nec vti membris.

**Ad tertium** ſic proceditur. Uidetur ꝙ vſus poſſit eſſe etiam vltimi finis. Dicit enim Auguſtinus in.10.de trini. Omnis qui fruit̄ vtit̄. ſed vltimo fine fruitur aliquis.ergo vltimo fine aliq̄s vtit̄. ¶ P̄. Uti eſt aſſumere aliquid in facultatem voluntatis. vt ibidem dicitur:ſed nihil magis aſſumitur a volūtate q̄ȝ vltimus finis.ergo vſus poteſt ēē vltimi finis. ¶ P̄. Hylarius dicit in.2°.de tri.ꝙ eternitas eſt i patre.ſpēs i imagine.i.i filio. vſus i munere.i.i ſpū ſancto:ſed ſpūs ſcūs cum ſit deus eſt vltimus finis. ¶ Sed ꝯ ē q̄ð dicit Auguſtinus in lib:o.83.q. Deo nullus recte vtitur:ſed fruitur:ſed ſolus deus eſt vltimus finis.ergo vltimo fine non eſt vtendum. ¶ Rñ°.dðm:ꝙ vti ſicut dictum eſt : importat applicationem alicuius ad aliquid:quod autem applicat̄ ad aliud ſe habet,in ratione eius quod eſt ad finem. ⁊ iō vti ſemper eſt eius q̄ð eſt ad finem:propter quod ⁊ ea q̄ ſunt ad finem accomodata vtilia dicuntur. ⁊ ipſa vtilitas interdum vſus nominatur. ¶ Sed conſiderandum eſt ꝙ vltimus finis dicitur dupliciter. Uno modo ſimplr̄. Et alio modo q̄ ad aliquē:cū.n.finis: vt ſupra dcm̄ eſt.dicat̄ q̄nq̄ꝫ q̄dem res.q̄nq̄ꝫ āt adeptio rei vel poſſeſſio ei⁹:ſicut auaro finis eſt: vel pecunia: vel poſſeſſio pecunie:manifeſtum eſt ꝙ ſimplr̄ loquēdo vltimus finis eſt ipſa res:non eniʒ poſſeſſio pecunie eſt bona niſi propter bonū pecunie:ſed quo ad hunc adeptio pecunie eſt finis vltim⁹:non.n. quereret pecuniam auarus niſi vt hēret eam.ergo ſimpliciter loq̄ndo ⁊ ꝓprie pecunia homo aliq̄s fruit̄.q: i ea vltimū fineʒ cōſtituit:ſed iquātū refert eā ad poſſeſſionē dicitur vti ea. ¶ Ad p̄m ergo dðm:ꝙ Auguſti.loquit̄ de vſu cōiter ſʒ ꝙ importat ordinem finis ad ipſam fruitionē: quā aliquis querit de fine. ¶ Ad 2m dðm:ꝙ finis aſſumit̄ in facultatē voluntatis: vt voluntas in illo quieſcat: vñ ipſa requies i fine que fruitio eſt dr̄ hoc mō vſus finis:ſed id quod ē ad finem aſſumitur in facultatē volūtatis non ſolum i ordīe ad vſum ei⁹ q̄ð ē ad finem:ſʒ i ordīe ad aliā rē i q̄ volūtas q̄eſcit. ¶ Ad 3m dðm:ꝙ vſus accipit̄ in verbis Hylarij pro q̄ete in vltimo fine:eo modo quo aliq̄s cōiter loquendo dicitur vti fine ad obtinendum ipſum:ſicut dictum eſt. vnde Augu.in.6.de trini.dicit:ꝙ illa delectatio felicitas vel beatitudo vſus ab eo appellatur.

**Ad quartū** ſic ꝓceditur. Ur̄ ꝙ vſus p̄cedat electionem.poſt electionem eniʒ nihil ſeq̄t̄ niſi executio:ſʒ vſus cū ptineat ad volūtatē precedit executionē.ergo p̄cedit ēt electionē. ¶ P̄. Abſolutuʒ ē añ relatū.ergo minus relatū ē añ magis relatū:ſed electio iportat duas relatiōes. vnā eius q̄ð eligit̄ ad finē : aliā vo ad id cui preeligitur: vſus āt iportat ſolā relationē ad fineʒ. ergo vſus ē prior electione. ¶ P̄. Uolūtas vtit̄ alijs potentijs iquantum mouet eas:ſed volūtas mouet etiaʒ ſeipaʒ: vt dictū ē.ergo ēt vtitur ſeipſa applicādo ſe ad agendum: ſed hoc facit cum conſentit:g° in ipſo cōſenſu ē vſus:ſʒ cōſēſus p̄cedit electionē: vt dictū eſt:ergo ⁊ vſus. ¶ Sed ꝯ ē q̄ð Damaſcenus dicit:ꝙ poſt electionē ipetum facit ad opationē ⁊ poſtea vtit̄.ergo vſus ſequit̄ electionem.

¶ Rñ°.dðm:ꝙ volūtas duplicē habitudinē hʒ ad volitū vnā q̄dē ſm̄ ꝙ ē quoddā mō i volēte p quādā ꝓportionē vel ordinē ad volitū. vñ ⁊ res que naturaliter ſūt ꝓportionate ad aliquem finem dr̄r appetere illū nāliter:ſed ſic habere finē eſt iperfecte hr̄e ipſum.omne āt iperfectū tēdit iperfectionem. ⁊ iō tā appetitus nālis q̄ȝ voluntarius tendit: vt habeat ipſum finē realiter:q̄ð ē perfecte hr̄e ipſū. ⁊ hec eſt ſecūda habitudo voluntatis ad volitum. volituʒ āt non ſolum eſt finis:ſed id q̄ð ē ad finē: vltimum āt q̄ð pertinet ad primam hītudinem volūtatis reſpectu eius q̄ð ē ad finem:eſt electio.ibi.n.completur ꝓportio volūtatis vt cōplete velit id quod eſt ad finē:ſed vſus iam ptinet ad ſecundam habitudinē volūtatis q̄ tēdit ad cōſequēdū rē volitā: vnde manifeſtū eſt ꝙ vſus ſequit̄ electionem.ſi tñ accipiatur uſus ſʒ ꝙ uoluntas utitur executiua potentia mouendo ipſam:ſed quia uoluntas etiā quodāmō rōneʒ mouet: ⁊ utitur ea:pōt itelligi uſus eius q̄ð eſt ad finem: ſm̄ ꝙ eſt in cōſideratione rōnis referentis ipſum in fineʒ. ⁊ h° modo uſus p̄cedit electionem. ¶ Ad p̄mū ergo dðm: ꝙ ipſam executionem operis precedit motio q̄ uolūtas mouet ad exequendum.ſequit̄ āt electionem. ⁊ ſic cum uſus pertineat ad p̄dictā motionem uoluntatis medium eſt in-

ter electionem ⁊ executionem. ¶ Ad 2m dõʒ: ꝙ id qd̃ eſt per eſſentiam ſuã relatum poſterius eſt abſoluto: ſʒ id cui attribuuntur relationes non oportet ꝙ ſit poſterius. imo quãto cauſa eſt prior: tãto hʒ relationes ad plures effect⁹. ¶ Ad 3m dõm: ꝙ electio p̃cedit uſuʒ ſi referant̃ ad ideʒ. nihil autem prohibet ꝙ uſus unius p̃cedat electionem alterius. ⁊ quia actus uoluntatis reflectunt̃ ſupra ſeipſos: in quolibet actu uoluntatis poteſt accipi conſenſus: ⁊ electio ⁊ uſus. ut ſi dicatur ꝙ uoluntas conſentit ſe eligere. ⁊ ꝯſentit ſe conſentire: ⁊ utitur ſe ad conſentiendum ⁊ eligendũ: ⁊ ſemper iſti actus ordinati ad id qd̃ eſt prius ſũt priores.

¶ Queſtio. xvij.

Einde conſiderãdũ ẽ de actib⁹ imperatis a volũtate. ¶ Et circa hᵒ q̃rũtur nouẽ. Primo vtrꝫ iperare
d ſit act⁹ volũtatis vl' rõnis. Scd̃o vtruʒ iperare ptineat ad bruta aĩalia. Tertio de ordine imperij ad vſum. Quarto vtrũ imperiũ ⁊ actus imperat⁹ ſint vn⁹ actus vel diuerſi. Quinto vtrꝫ actus voluntatis iperetur. Sexto vtrũ actus rõnis. Septimo vtrũ act⁹ appetitus ſenſitiui. Octauo vtrũ act⁹ aĩe vegetabilis. Nono vtruʒ actus exteriorum membrorum.

Ad primum ſic proceditur. Uidetur ꝙ iperare non ſit actus rõnis: ſed voluntatis. iperare. n. ẽ mouere quoddã. dicit. n. Auicẽna ꝙ quadruplex ẽ mouẽs. ſ. perficiẽs: diſponẽs: iperãs: ⁊ conſilians: ſed ad voluntatem pertinet mouere oẽs alias vires aĩe. vt dictum eſt ſupra. ergo imperare ẽ actus volũtatis. ¶ P̃. Sicut imperari ptinet ad id qd̃ ẽ ſubiectũ: ita imperare ptinere videtur ad id qd̃ eſt maxĩe liberũ: ſed radix libertatis eſt maxime in voluntate. ergo volũtatis eſt iperare. ¶ P̃. Ad iperiũ ſtatiꝫ ſequit̃ actus: ſʒ ad actuʒ rõnis ñ ſtatim ſequit̃ actus: nõ. n. qui iudicat aliquid eẽ faciẽdũ ſtatim illud operatur: ergo imperare non eſt actus rõnis ſʒ voluntatis. ¶ Sʒ ꝯ ẽ qd̃ Grego. niceñus dicit. ⁊ ãt phs. ꝙ appetitus obedit rõni. ergo rõnis eſt imperare. ¶ Rñ°. dõm: ꝙ iperare ẽ actus rõnis: p̃ſuppoſito tñ actu voluntatis. ¶ Ad cuius euidẽtiã cõſiderãdũ ẽ ꝙ q: actus voluntatis ⁊ rõnis ſupra ſe inuicẽ pñt ferri. put. ſ. rõ rõcinat̃ de volẽdo: ⁊ volũtas vult rõcinari: cõtingit actum voluntatis p̃ueniri ab actu rationis. ⁊ ecõuerſo. ⁊ q: vtus prioris actus remanet ĩ actu ſequenti: contingit quãdoq; ꝙ ẽ aliqs actus volũtatis ſcd̃m ꝙ manet vtute in ipſo aliqd de actu rationis: vt dictũ ẽ de vſu ⁊ de electione: ⁊ ecõuerſo: aliqs ẽ actus rõnis ſcd̃m ꝙ vtute manet in ipſo aliqd de actu volũtatis. Imperare ãt eſt quidem eſſentialiter actus rõnis. iperãs. n. ordinat eũ cui iperat ad aliqd agendũ intimando vel denũciãdo. ſic aũt ordinare p modum cuiuſdam itimationis ẽ rõnis. ſed rõ põt aliqd itimare vel denũciare dupliciter. Uno modo abſolute: q̃ qdẽ intimatio exprimitur p verbum indicatiui modi. ſicut ſi aliquis alicui dicat. hoc eſt tibi faciẽdũ. Aliquãdo ãt rõ itimat aliquid alicui mouẽdo ipſum ad hoc. ⁊ talis intimatio exprimitur p verbum iperatiui modi: puta cum alicui dicit̃: fac hoc. p̃mũ autem mouẽs ĩ virib⁹ aĩe ad exercitiũ actus ẽ voluntas: vt ſupra dictum eſt. cum ergo ſcd̃m mouens non moueat niſi ĩ virtute primi mouentis: ſequitur ꝙ hoc ipſum qd̃ rõ mouet imperando ſit ei ex virtute volũtatis: vñ relinquit̃ ꝙ imperare ſit actus rõnis p̃ſuppoſito actu voluntatis: in cuius virtute rõ mouet p imperiũ ad exercitium actus. ¶ Ad p̃mum ergo dõm: ꝙ imperare non eſt mouere quocũq; mõ: ſʒ cũ quadã intimatione denũciatiua ad alterum qd̃ ẽ rõnis. ¶ Ad ſecundum dicendum: ꝙ radix libertatis ẽ uoluntas ſicut ſubm: ſed ſicut cauſa eſt rõ. ex hoc. n. uoluntas libere poteſt ad diuerſa ferri. q: rõ põt habẽ diuerſas exceptiones boni. ⁊ iõ phi diffiniũt liberũ arbitriũ. quod ẽ liberũ de rõne iudiciũ: q̃ſi ratio ſit cã libertatis. ¶ Ad 3m dõʒ: ꝙ ratio illa concludit ꝙ imperium nõ ſit act⁹ rationis abſolute: ſed cũ q̃dã motione: vt dictũ eſt.

Ad ſecundum ſic p̃cedit̃. Uidet̃ ꝙ imperare cõueniat brutis aĩalib⁹ q: ſcd̃m Auicẽnã. Uirt⁹ iperãs motũ ẽ appetitiua. ⁊ uirt⁹ exequẽs motum ẽ ĩ muſculis ⁊ ĩ neruis: ſʒ utraq; vt⁹ eſt ĩ brutis aĩalibus. ergo imperiũ iuenit̃ in brutis animalibus. ¶ P̃. De ratione ſerui eſt ꝙ ei imperetur: ſed corp⁹ cõparatur ad aĩam: ſicut ſeruus ad dñm. ſicut dicit phus ĩ p̃io politicoꝝ. ergo corpori iperatur ab anima. ẽt ĩ brutis q̃ ſũt cõpoſita ex aĩa ⁊ corpore. ¶ P̃. Per iperiũ hõ facit ipetũ ad opus: ſʒ ipetus in op⁹ inuenitur ĩ brutis aĩalib⁹ ut Damaſ. dic̃. g° ĩ brutis aĩalib⁹ inuenit̃ iperiũ. ¶ Sed ꝯ. iperiũ ẽ act⁹ rõnis: vt dcm̃ ẽ: ſʒ ĩ brutis ñ ẽ rõ: g° neq; iperium. ¶ Rñ°. dõm: ꝙ iperare nihil aliꝺ ẽ q̃ȝ ordinare aliquẽ ad aliqd agẽdũ cũ q̃dã itimatiua motiõe: ordinare ãt ẽ ꝓpri⁹ act⁹ rõnis. vñ ipoſſe ẽ ꝙ ĩ brutis aĩalib⁹ ĩ qb⁹ ñ ẽ rõ ſit aliq̃ mõ iperiũ. ¶ Ad p̃m ergo dõm: ꝙ uis appetitiua dr̃ iperare motũ iquãtũ mouet rõnẽ iperãtẽ: ſʒ hᵒ ẽ ſolũ ĩ hoib⁹ ĩ brutis ãt aĩalib⁹ vt⁹ appetitiua ñ ẽ ꝓprie iperatiua: niſi imperatiuũ ſumat̃ large ꝓ motiuo. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ ĩ brutis aĩalib⁹ corp⁹ qdẽ hʒ vñ obediat: ſʒ aĩa ñ hʒ vñ iperet. q: ñ hʒ vñ ordinet. ⁊ iõ ñ ẽ ibi rõ iperãtis ⁊ iperati: ſʒ ſolum mouẽtis ⁊ moti. ¶ Ad 3m dõm: ꝙ alr̃ iuenit̃ ipetus ad op⁹ ĩ brutis aĩalib⁹: ⁊ alr̃ ĩ hoib⁹. hoĩes. n. faciũt ipetũ ad op⁹ p ordinationẽ rõnis: vñ hʒ ĩ eis ipet⁹ rõnẽ iperij: ĩ brutis ãt ſit ipet⁹ ad op⁹ p inſtinctuʒ nãe: q: ſ. appetit⁹ eoꝝ ſtatim apprehenſo conueniẽti vel incõueniẽti naturaliter mouet̃ ad ꝓſecutionẽ vel fugã. vñ ordinant̃ ab alio ad agendum: non autem ipſa ſeipſa ordinant ad actionem. ⁊ ideo in eis eſt impetus: ſed non imperium.

Ad tertiũ ſic proceditur. Uidetur ꝙ vſus precedat iperiũ. iperiũ. n. ẽ act⁹ rõnis p̃ſuppoñẽs actũ uolũtatis: vt ſupra dcm̃ ẽ: ſʒ vſus ẽ act⁹ volũtatis: vt ſupra dcm̃ ẽ: g° uſus p̃cedit iperiũ. ¶ P̃. Imperiũ ẽ aliqd eoꝝ q̃ ad finẽ ordinãt̃: eoꝝ ãt q̃ ſũt ad finẽ eſt uſus. g° vr̃ ꝙ uſus ſit p̃us q̃ȝ iperiũ. ¶ P̃. Oĩs act⁹ potẽtie mote a uolũtate uſus dr̃. q: uolũtas utit̃ alijs potẽtijs: ut ſupra dictũ ẽ: ſʒ imperiũ ẽ act⁹ rõnis: put mota ẽ a uolũtate: ſic dcm̃ eſt. g° iperiũ ẽ qdã uſus. cõe ãt ẽ pri⁹ ꝓprio: g° uſus ẽ p̃us q̃ȝ iperiũ. ¶ Sʒ ꝯ ẽ qd̃ Damaſ. dic̃: ꝙ imper⁹ ad operationẽ p̃cedit uſum: ſed imper⁹ ad operationem ſit p imperiũ: g° imperiũ p̃cedit uſum. ¶ Rñ°. dõm: ꝙ uſus ei⁹ qd̃ ẽ ad finẽ ſcd̃m ꝙ eſt in rõne referẽte ipſũ ĩ finẽ p̃cedit electionẽ: ut ſupra dictũ ẽ: unde multomagis p̃cedit iperiũ ſʒ uſus ei⁹ qd̃ eſt ad finẽ ſcd̃m ꝙ ſubdit̃ potentie executiue ſequit̃ imperium: eo ꝙ uſus utentis cõiunctus eſt cũ actu eius quo qs utit̃. nõ. n. utit̃ aliqs baculo anteq̃ȝ aliq̃ mõ p baculũ operetur: imperiũ ãt nõ eſt ſimul cum actu ei⁹ cui imparatur. ſʒ nãliter p̃us eſt imperiũ q̃ȝ imperio obediatur: ⁊ aliqñ ẽt eſt prius tempore: unde manifeſtũ ſit ꝙ imperiũ eſt pri⁹ q̃ȝ uſus. ¶ Ad p̃m ergo dõm: ꝙ ñ omnis act⁹ uoluntatis p̃cedit hũc actũ rõnis q eſt imperiũ: ſʒ aliqs p̃cedit. ſ. electio: ⁊ aliquis ſequit̃. ſ. uſus. q: poſt determinationem cõſilij q̃ eſt iudiciuʒ rationis: uoluntas eligit. ⁊ poſt electiõeʒ rõ impat ei p qd̃ agendũ eſt qd̃ eligit̃. ⁊ tunc demũ uolũtas alicu⁹ incipit uti exequendo imperiuʒ rõnis: q̃ñq; qdeʒ uolũtas alterius cũ aliqs impat alteri: q̃ñq; aũt uolũtas ipſius imperãtis cũ aliqs imperat ſibiipſi. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ ſicut act⁹ ſũt p̃mi potentijs: ita oĩa actib⁹: obiectum ãt uſus eſt id qd̃ eſt ad fineʒ. ex hᵒ g° ꝙ ipſʒ impiuʒ eſt ad finem: magis põt ꝯcludi ꝙ impium ſit p̃us uſu q̃ȝ ꝙ ſit poſteri⁹. ¶ Ad 3m dõm: ꝙ ſic act⁹ uolũtatis utentis rõne ad imperãdũ p̃cedit ipſʒ imperiũ: ita etiã põt dici ꝙ ⁊ ipſʒ uſum uoluntatis p̃cedit aliqd̃ imperiuʒ rõnis: eo ꝙ actus haruʒ potentiaꝝ ſupra ſeipſos inuicem reflectuntur.

Ad quartũ ſic p̃ceditur. Uſ ꝙ actus imperatus ñ ſit un⁹ act⁹ cuʒ imperio. diuerſarum. n. potentiarum diuerſi ſunt act⁹: ſʒ alterius potentie eſt act⁹ imperat⁹: ⁊ alteri⁹ ipſm imperium. q: alia eſt potentia q̃ impat: ⁊ alia cui imperat̃. g° ñ eſt ideʒ act⁹ imperat⁹ cum imperio. ¶ P̃. Quecunq; pñt abinuicem ſeperari ſunt diuerſa. nihil. n. ſeparat̃ a ſeipſo: ſʒ aliqñ actus imperatus ſeparat̃ ab imperio. p̃cedit. n. q̃ñq; imperiuʒ: ⁊ non ſequit̃ actus imperat⁹: g° ali⁹ act⁹ eſt imperium ab actu impato. ¶ P̃. Quecunq; ſe hñt ſcd̃m p̃us ⁊ poſterius

ſunt diuerſa: ſed impiū nāliter p̄cedit actum imꝑatū. g° ſunt diuerſa. ¶ Sȝ ꝯ eſt qđ phs dic: ꝙ ubi eſt unum ꝑꝑ alterum ibi ē vnū tm̄: ſȝ actꝰ iperatꝰ nō eſt niſi ꝑꝑ imperiū ergo ſunt vnum. ¶ Rñ. dōm: ꝙ nihil ꝓhibet aliqua eē ſm qd multa: ⁊ ſm qd vnū. quĩmo oĩa multa ſunt ſȝ aliquid vnū: vt Dionyſius dicit vlti. caplō de di. no. Eſt tm̄ dr̃ia attendēda in hoc ꝙ q̄dam ſunt ſimplr̄ multa: ⁊ ſȝ qd vnum: q̄dā vo ecōuerſo: vnū āt hoc mō dr̄ ſic ⁊ ens: ens āt ſimplr̄ ē ſubā. ſȝ ens ſȝ qd ē accñs. vl' ēt ens rōnis: ⁊ iō q̄cūqȝ ſūt vnū ſm ſubām: ſūt vnū ſimplr̄: ⁊ multa ſȝ qd. ſicut totū i genere ſubē compoſitum ex ſuis partibus vel itegralibus vel eſſentialibꝰ ē vnū ſimplr̄: nā totuȝ ē ens et ſubā ſimplr̄: partes vo ſūt entia ⁊ ſubē in toto: q̄ vo ſunt diuerſa ſm ſubāȝ: ⁊ vnū ſȝ accñs: ſūt diuerſa ſimplr̄: ⁊ vnū ſm qd: ſicut multi hoīes ſūt vnꝰ populꝰ. ⁊ multi lapides ſunt vnus aceruus q̄ ē vnitas cōpōnis aut ordinis. Similiter ēt multa idiuidua q̄ ſūt vnū genere vel ſpecie ſūt ſimpliciter multa: ⁊ ſm qd vnum: nam eē vnū genere vl' ſpecie ē eē vnum ſȝ rōnē: ſicut āt i genere rex naturaliū aliqđ totū cōponit ex mā ⁊ forma: vt hō ex aīa ⁊ corpore q eſt vnum ens nāle: lȝ hēat multitudinē partiū: ita etiā in actibꝰ humanis actꝰ iferioris potētie mālit ſe hȝ ad actuȝ ſuperioris iquantum iferior potentia agit in virtute ſuperioris mouētis ipſam. ſic. n. ⁊ actus mouētis primi formaliter ſe hȝ ad actum inſtrumētī. vñ pȝ ꝙ imperiū ⁊ actꝰ iperatus ſunt vnus actus hūanus: ſicut quoddā totuȝ: ſȝ ē ſm ptes multa. ¶ Ad pm g° dōm: ꝙ ſi eēnt potētie diuerſe adinuicē nō ordinate. actus earum eēnt ſimplr̄ diuerſi: ſȝ quando vna potētia ē mouēs alterā: tunc actꝰ eax̄ ſūt quodāmō vnus. nam idē ē actꝰ mouētis ⁊ moti. vt dr̄ in. 3. phyſicox̄. ¶ Ad 2m dōm: ꝙ ex hoc ꝙ iperiū ⁊ actus iperatus pñt abinuicem ſeparari: hētur ꝙ ſunt multa partibꝰ. nā partes hoīs pñt abinuicem ſeparari: q̄ tm̄ ſunt vnū toto. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ nihil ꝓhibet in his q̄ ſunt multa partibus: ⁊ vnuȝ toto: vnum eſſe prius alio ſicut anima quodāmodo eſt prius corpore: ⁊ cor eſt prius alijs membris.

**Ad quintū** ſic procedit̄. Videtur ꝙ actꝰ voluntatis non ſit imperatus. dic̄. n. Augu. in. 8. ꝯfeſ. Imperat animꝰ: vt uelit animꝰ: nec tm̄ facit velle autem eſt actus voluntatis. g° actꝰ volūtatis nō iperat̄. ¶ P̄. Ei cōuenit iperari cui cōuenit imperium intelligere. ſȝ volūtatis nō eſt itelligere iperiū. differt. n. volūtas ab itellectu eius cuiꝰ ē intelligere. ergo actꝰ voluntatis non imperatur. ¶ P̄. Si aliqs actꝰ volūtatis iperat̄: pari rōne oēs imperantur: ſȝ ſi oēs actus voluntatis imperant̄: neceſſe ē in iñnitū ꝓcedere: q: actus voluntatis p̄cedit actū iperantis rōnis: vt dictū eſt: q volūtatis actus ſi iterū imperatur: illud iterū iperiū p̄cedet aliquis rōnis actꝰ: ⁊ ſic i infinitū hoc āt ē iconueniēs ꝙ procedat in infinitū. nō g° actꝰ voluntatis imperatur. ¶ Sȝ ꝯ: oē qđ ē i ptāte nr̃a ſubiacet imperio noſtro: ſed actus voluntatis ſunt maxime i poteſtate noſtra: nam omnes actus noſtri intātum dicuntur i poteſtate noſtra eē inquantuȝ voluntarij ſunt. ergo actꝰ uoluntatis iperantur a nobis. ¶ Rñ°. dōȝ: ꝙ ſicut dictū eſt imperium nihil aliud eſt q̄ȝ actus rōnis ordinātis cuȝ q̄dā motione ad aliquid agēdū. Manifeſtū ē autē ꝙ rō pōt ordinare de actu uoluntatis: ſicut. n. pōt iudicare ꝙ bonuȝ ſit aliqd velle: ita pōt ordinare imperādo ꝙ hō velit: ex quo pȝ ꝙ actus uoluntatis poteſt eē imperatus. ¶ Ad pm g° dōm: ꝙ ſicut Auguſtinus ibidem dicit: animus qñ perfecte imperat ſibi: vt uelit: tunc iam vult: ſed ꝙ aliqñ imperat ⁊ nō uelit: hoc contingit ex hoc ꝙ nō ꝑfecte imperat. Imperfectū autē iperiū contingit ex hoc ꝙ rō ex diuerſis partibus mouet̄ ad imperandū: vel nō ad iperandū: vñ fluctuat inter duo: ⁊ non perfecte imperat. ¶ Ad 2m dōm: ꝙ ſicut in mēbris corporalibus q̄libet membrum opat̄ non ſibi ſoli: ſȝ toti corpori: ut oculꝰ uidet toti corpori: ita ēt eſt i potētijs aīe. nā itellectꝰ itelligit nō ſolū ſibi: ſȝ oībꝰ potētijs: ⁊ uoluntas uult non ſoluȝ ſibi: ſȝ oibus potētijs: ⁊ iō homo iperat ſibiipſi actū uolūtatis iquātū ē itelligēs ⁊ uolēs. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ cū iperiū ſit actꝰ rōnis: ille actꝰ iperatur qui rationi ſubditur. primus autem uoluntatis actus ex rationis ordinatione non eſt: ſed ex inſtinctu nature: aut ſuperioris cauſe: ut ſupra dictum eſt. ⁊ ideo non oportet ꝙ in infinitum procedat.

**Ad ſextū** ſic ꝓceditur. Videt̄ ꝙ actus rōnis nō poſſit eē iperatꝰ. inconueniēs. n. uidetur ꝙ aliqd imperet ſibiipſi: ſȝ rō eſt que imperat: ut ſupra dictū ē. g° rōnis actus nō imperat̄. ¶ P̄. Id qđ ē ꝑ eēntiā diuerſuȝ ē ab eo qđ ē ꝑ participationē: ſȝ potētia cuiꝰ actus imperatur a rōne: ē rō per participationeȝ: ut dr̄ in p̄mo ethicorum. ergo illius potētie actus nō imperat̄ que ē rō ꝑ eēntiam. ¶ P̄. Ille actus imꝑatur q eſt in ptāte nr̃a. ſed cognoſcere ⁊ iudicare uerum: quod eſt actus rōnis: nō eſt ſemꝑ in ptāte nr̃a: nō ergo actꝰ rōnis poteſt eē imperatus. ¶ Sȝ ꝯ. id qđ libero arbitrio agimꝰ nr̃o impio agi pōt: ſȝ actus rōnis exercent̄ ꝑ liberū arbitriū. Dic̄. n. Damaſ. ꝙ libero arbitrio hō exqrit ⁊ ſcrutat̄ ⁊ iudicat: ⁊ diſponit. g° actus rōnis pñt eē imperari. ¶ Rñ°. dōm: ꝙ q: rō ſupra ſeipſam reflectit̄: ſicut ordinat de actibꝰ aliarū potētiaruȝ. ita ēt pōt ordinare de ſuo actu. unde ēt actus ſuus pōt eſſe imperatus. ¶ Sed attendendum eſt ꝙ actꝰ rōnis pōt cōſiderari duplr̄. Uno mō q̄ītū ad exercitiū actꝰ. ⁊ ſic actꝰ rōnis ſemꝑ imperari poteſt: ſicut cū iudicit̄ alicui ꝙ attendat: ⁊ rōne utatur. Alio mō quātū ad obm: reſpectu cuiꝰ duo actus rōnis attenduntur. primo qdem ut ueritatē circa aliquid apprehēdat: ⁊ hoc non ē in ptāte noſtra. hoc enī contingit per uirtutem alicuius luminis uel nālis uel ſupnaturalis: ⁊ iō q̄ītum ad hoc actus rōnis nō eſt i ptāte noſtra: nec imperari pōt. Alius āt actus rōnis ē dum his que apprehēdit aſſentit: ſi igit̄ fuerit talia apprehēſa qbꝰ nāliter intellectus aſſentiat: ſicut p̄ma p̄ncipia: aſſenſus taliuȝ: vel diſſenſus non eſt in poteſtate noſtra: ſȝ i ordine nāe. ⁊ ideo ꝓprie loquendo nāe imperio ſubiacet. Sunt āt q̄dā apprehenſa que non a deo cōuincunt intellectum qn poſſit aſſentire vel diſſentire: vel ſaltē aſſenſum vel diſſenſum ſuſpendere ꝑꝑ aliquam cām. ⁊ in talibus aſſenſus ipſe vel diſſenſus i ptāte nr̃a eſt. ⁊ ſub impio cadit. ¶ Ad pm ergo dōȝ: ꝙ rō hoc modo imperat ſibiipſi. ſicut ⁊ uoluntas mouet ſeipſam: ut ſupra dictum eſt. inquātum. ſ. utraqȝ potentia reflectitur ſupra ſuum actum: ⁊ ex uno in aliud tendit. ¶ Ad ſecunduȝ dōm: ꝙ ꝑꝑ diuerſitatem obiector̄ que actui rationis ſubduntur nihil prohibet rationem ſeipſam participare: ſicut i cognitiōe cōcluſionuȝ participat̄ cognitio p̄ncipiorum. ¶ Ad tertium pȝ rñſio ex dictis.

**Ad ſeptimū** ſic proceditur. Videtur ꝙ actꝰ ſenſitiui appetitus nō ſit impatꝰ. dic̄. n. Apls Ro. 7. Nō. n. ꝙ uolo bonuȝ hoc ago. ⁊ glo. exponit: qđ hō uult nō ꝯcupiſcere: ⁊ tm̄ ꝯcupiſcit: ſȝ ꝯcupiſcere ē actꝰ appetitꝰ ſenſitiui. ergo actus appetitus ſenſitiui i nō ſubdit̄ impio nr̃o. ¶ P̄. Mā corporalis ſoli deo obedit q̄ītum ad traſmutationem formalē: ut in p̄mo habituȝ eſt: ſȝ actus appetitus ſenſitiui hȝ quandam formaleȝ trāſmutationem corporis. ſ. calorem uel frigus. ergo actꝰ appetitus ſenſitiui non ſubdit̄ impio humano. ¶ P̄. Proprium motiuum appetitꝰ ſenſitiui ē apphēſum ſm ſenſum uel imaginationem: ſed nō eſt in poteſtate nr̃a ſemꝑ ꝙ aliquid apprehendamꝰ ſenſu uel imaginatione. g° actꝰ appetitus ſenſitiui nō ſubiacet impio noſtro. ¶ Sȝ ꝯ eſt quod Gregorius niceuus dicit: ꝙ obediēs rōni diuidit̄ in duo: in deſideratiuum ⁊ iraſcitiuuȝ: q̄ ꝑtinēt ad appetituȝ ſenſitiuum. g° actꝰ appetitꝰ ſēſitiui ſubiacet imperio rationis. ¶ Rñ°. dōȝ: ꝙ ſm hoc aliqs actꝰ impio noſtro ſubiacet: ꝓut ē in ptāte nr̃a: ut ſupra dcm̄ ē. ⁊ iō ad intelligenduȝ q̄liter actꝰ appetitꝰ ſenſitiui ſubdat̄ impio rōnis: opȝ ꝯſiderare qualiter ſit in ptāte nr̃a. ¶ Eſt āt ſciendum: ꝙ appetitꝰ ſenſitiuus in hº differt ab appetitu intellectiuo: q dr̄ uoluntas: ꝙ appetitus ſenſitiuus eſt uirtus organi corporalis: nō āt uoluntas: omnis āt actꝰ v̄tutis utentis organo corporali dependet non ſolum ex potentia anime: ſed etiam ex corporalis organi diſpoſitione: ſicut uiſio ex potentia uiſiua et q̄litate oculi per quam iuuat̄ uel impedit̄: vñ ⁊ actꝰ appetitus ſenſitiui non ſolum dependet ex ui appetitiua: ſȝ etiaȝ ex diſpoſitione corporis: illud autem qđ eſt ex parte poten

tie anime ſequitur apprehenſionem. apprehenſio aūt imaginationis: cum ſit particularis: regulatur ab apprehenſione rōnis q̄ eſt vlis: ſicut vtus actiua particularis a vtute actiua vli: ⁊ iō ex iſta pte actus appetitus ſenſitiui ſubiacet imperio rōnis. q̄litas aūt ⁊ diſpoſitio corporis non ſubiacet imperio rationis: ⁊ ideo ex hac parte impeditur qn motꝰ ſenſitiui appetitus totaliter ſubdat̄ impio rōnis. Cōtingit aūt etiā q̄nq3 ꝙ motꝰ appetitꝰ ſenſitiui ſubito cōcitat̄ ad apprehenſionem imaginatōis uel ſenſus. ⁊ tunc ille motꝰ eſt preter imperium rōnis. quāuis potuiſſet impediri a ratione ſi preuidiſſet. vnde phūs dicit in primo politicorum ꝙ ratio preeſt iraſcibili ⁊ concupiſcibili: non principatu deſpotico qui eſt domini ad ſeruum: ſed principatu politico aut regali: qui ē ad liberos: qui non totaliter ſubduntur imperio.

¶ Ad primum ergo dōm: ꝙ hoc qđ hō vult non concupiſcere: ⁊ tamen concupiſcit: contingit ex diſpoſitione corporis p quā ipeditur appetitus ſenſitiuus ne totaliter ſeq̄tur iperium rōnis. vn̄ ⁊ aplus ibidē ſubdit. Uideo aliā legē i mēbris meis repugnātē legi mētis mee. hoc āt cōtigit propter ſubitum motum concupiſcentie: vt dictum eſt.

¶ Ad 2m dōm: ꝙ qualitas corporalis dupliciter ſe habet ad actum appetitus ſenſitiui. Uno modo vt precedens: prout aliquis eſt aliqualiter diſpoſitus ſm corpus ad hanc vel illam paſſionem. Alio modo vt conſequens: ſicut cum ex ira aliquis incaleſcit: qualitas igitur precedens non ſubiacet imperio rationis. q: vel eſt ex natura: vel ex aliq̄ precedenti motione que non ſtatim quieſcere poteſt: ſ3 q̄litas conſequens ſequitur imperium rationis: quia ſequit̄ motum localem cordis quod diuerſimode mouetur ſm diuerſos actus ſenſitiui appetitus. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ quia ad apprehenſionem ſenſus requiritur ſenſibile exteriꝰ non eſt in poteſtate noſtra apprehendere aliquid ſenſu niſi ſenſibili preſente: cuius preſentia non ſemp eſt in poteſtate noſtra. tunc enim hō poteſt vti ſenſu cum voluerit. niſi ſit impedimētum ex parte organi. Apprehēſio autem imaginationis ſubiacet ordinationi rationis ſm modū vtutis vl' debilitatis imaginatiue potentie. Q2. n. homo n̄ poſſit imaginari que ratio conſiderat. contingit: vel ex hoc ꝙ non ſūt imaginabilia ſicut incorporalia vel pp debilitatē vtutis imaginatiue: que eſt ex aliqua indiſpoſitione organi.

**Ad octauū** ſic pceditur. Uidet̄ ꝙ actus vegetabilis anime imperio rationis ſubdātur. vires enim ſenſitiue nobiliores ſunt viribus anime vegetabilis: ſed vires aīe ſenſitiue ſubduntur imperio rationis. ergo multo magis vires aīe vegetabilis. ¶ P̄. Homo dicitur minor mundus: quia ſic eſt anima in corpore ſicut deus in mundo: ſed deus ſic eſt in mundo ꝙ oīa q̄ ſunt in mundo obediūt eius imperio. ergo ⁊ oīa que ſūt i homine obediunt imperio rationis: etiam vires vegetabilis aīe. ¶ P̄. Laus ⁊ vituperium non contingit niſi in actibus qui ſubduntur imperio rationis: ſed in actibus nutritiue ⁊ generatiue potētie contingit eſſe laudem ⁊ vituperiū ⁊ virtutem ⁊ vitiu3: ſicut p3 in gula ⁊ luxuria ⁊ virtutibꝰ oppoſitis: ergo actus harū potētiaꝝ ſubdūtur iperio rationis. ¶ Sed ꝯ ē qđ Grego. nicenus dicit: ꝙ id qđ nō pſuadetur a rōne ē nutritiuū ⁊ generatiuum. ¶ Rñ°. dōm: ꝙ actuū qdā pcedunt ex appetitu nāli: quidam āt ex appetitu aīali vel intellectuali. omne enim agens aliq̄ modo appetit finē: appetitꝰ aūt nālis nō cōſeqtur aliquā apprehenſionem: ſicut ſequitur appetitus aīalis ⁊ itellectualis. ratio āt iperat p modum apprehēſiue vtutis: ⁊ ideo actꝰ illi q pcedūt ab appetitu itellectiuo vel aīali pñt a rōne iperari: n̄ autem actus illi qui procedunt ex appetitu naturali. hmōi enim actus ſunt vegetabilis anime: vn̄ vt Grego. nicenꝰ dicit. Q2 vocatur naturale: qđ generatiuum ⁊ nutritiuu3: ⁊ propter hoc actus vegetabilis aīe non ſubdūtur imperio rōnis. ¶ Ad primum ergo dōm: ꝙ q̄to aliquis actus eſt immaterialior: tanto eſt nobilior ⁊ magis ſubditus imperio rationis. vnde ex hocipſo ꝙ vires anime vegetabilis n̄ obediunt rationi: apparet has vires īfimas eſſe. ¶ Ad 2m dōm: ꝙ ſimilitudo attenditur q̄tum ad aliquid: q: ſ. ſicut deus mouet mundum: ita aīa mouet corpus. non autem q̄tum ad omnia. non. n. aīa creauit corpus ex nihilo ſicut deus mundum: pp quod totalr ſubditur eius imperio. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ virtus ⁊ vitium: laus ⁊ vituperiū nō debentur ipſis actibus nutritiue vel generatiue potentie: que ſunt digeſtio ⁊ formatio corporis humani: ſed actibꝰ ſenſitiue partis ordinatis ad actus generatiue vel nutritiue puta in concupiſcendo delectationem cibi ⁊ venereorū: ⁊ vtendo ſm ꝙ oportet: vel non ſm ꝙ oportet.

dam via ad corruptionē: ſicut ecōuerſo generatio hitus eſt
quoddā fundamētū augmēti ipſius. ¶ Ad primuꝫ ergo
dōm: ꝙ hitus ſm ſe ꝯſideratus eſt forma ſimplex: ⁊ ſm
hoc nō accidit ei diminutio: ſed ſm diuerſuꝫ moduꝫ ꝑtici
pandi q ꝓuenit ex indeterminatōe potētie ipſius participā
tis: que. ſ. diuerſimode pōt vnā formā ꝑticipare: vel que
pōt ad plura: vel ad pauciora ſe extendit. ¶ Ad ſcđꝫ dōꝫ
ꝙ rō illa ꝓcederet ſi ipſa eſſentia hitus nullo mō diminue
ret̄: hoc āt nō ponimus: ſꝫ ꝙ quedā diminutio eſſentie hi
tus nō hꝫ principiū ab habitu: ſed a participāte. ¶ Ad 3m
dōm: ꝙ quocūqȝ modo ſignificet̄ accñs hꝫ dependentiaꝫ
ad ſubm ſm ſuā rōnem: aliter tamē ⁊ aliter. Nā accidens
ſignificatum ī abſtracto: ipoꝛtat habitudinē ad ſubm que ī
cipit ab accidente ⁊ terminat̄ ad ſubm: naꝫ albedo dr̄ qua
aliqd eſt album: ⁊ ideo ī diffinitiōe accidentis abſtracti nō
ponit̄ ſubm quaſi prima pars diffōnis que eſt genus: ſed
quaſi ſecunda que eſt dr̄ia: dicimus. n. ꝙ ſimitas eſt curui
tas naſi: ſed inconcretis īcipit habitudo a ſubto ⁊ terminat̄
ad accñs: dr̄. n. album quod habet albedineꝫ: propter qđ
ī diffōne hmōi accidentis ponitur ſubm tanqȝ genus qđ
eſt prima pars diffōnis: dicimus. n. ꝙ ſimuꝫ eſt naſus cur
uus. Sic igr̄ id quod conuenit accñtibus ex parte ſubiecti:
non autē ex ipſa rōne accidentis: non attribuitur accidenti ī
abſtracto: ſed ī concreto: ⁊ hmōi intenſio ⁊ remiſſio eſt ī q
buſdam accidentibus: vnde albedo nō dr̄ magis ⁊ minꝰ:
ſed album: ⁊ eadē rō eſt in hitibus ⁊ alijs qualitatibus: ni
ſi ꝙ qdam habitus augentur vel diminuunt̄ p quādaꝫ ad
ditionem: vt ex ſupra dictis pꝫ.

**Ad tertiū** ſic ꝓcedit̄. Vr̄ ꝙ hitus non corrūpa
tur aut diminuat̄ p ſolā ceſſationē ab
opere. Habitus. n. ꝑmanētiores ſunt qȝ paſſibiles qualita
tes: vt ex ſupra dictis apparet: ſed paſſibiles qualitates nō
corrūpunt̄ neqȝ diminuunt̄ p ceſſationem ab actu: non. n.
albedo diminuit̄ ſi viſuꝫ nō imutet: neqȝ calor ſi nō calefa
ciat: ergo neqȝ hitus diminuunt̄ vel corrumpunt̄ p ceſſa
tionē ab actu. ¶ Pꝛ. Corruptio ⁊ diminutio ſūt quedā mu
tationes: ſed nihil mutat̄ abſqȝ aliq̄ cā mouēte: cū igr̄ ceſſa
tio ab actu nō importet aliquā cāꝫ mouentē: non vr̄ ꝙ per
ceſſationē ab actu poſſit eſſe diminutio vel corruptio habi
tus. ¶ Pꝛ. Habitus ſcie ⁊ virtutis ſunt in aīa intellectiua:
que eſt ſupra tempus: ea vero que ſunt ſupra tempus nō
corrūpunt̄ neqȝ diminuūt̄ per temporis diuturnitateꝫ: er
go neqȝ hmōi habitus corrumpunt̄ vel diminuunt̄ p tem
poris diuturnitatem ſi diu aliqs abſqȝ exercitio ꝑmaneat.
¶ Sꝫ ꝯ eſt qđ phs in lib. de longitudine ⁊ breuitate vite
dicit. ꝙ corruptio ſcie non ſolū eſt deceptio: ſed etiam obli
uio: ⁊ ēt ī. 8. ethicoꝝ dr̄: ꝙ multas amicicias iappellatio diſ
ſoluit: ⁊ eadem rōne alij habitus vtutum per ceſſationem
ab actu diminuunt̄ vel tollunt̄. ¶ Rñº dōm: ꝙ ſicut dr̄
in. 8. ethicoꝝ: aliqd pōt eſſe mouens dupl'r. Uno mō p
ſe: qđ. ſ. mouet ſm rōnem propꝛie forme: ſic ignis calefa
cit. Alio modo p accñs: ſicut id quod remouet prohibēs
⁊ hoc mō ceſſatio ab actu cauſat corruptionē vel diminu
tionē habituum: īquantū. ſ. remouet̄ actus q ꝓhibeat cās
corrūpentes vel diminuētes habitū. dictū eſt. n. ꝙ hitus p
ſe corrumpunt̄ vel diminuunt̄ ex contrario agente: vnde
quorūcūqȝ habituū ꝯtraria ſubcreſcunt per tp̄is tractum:
que oportet ſubtrahi per actum ab habitu procedentem:
hmōi habitus diminuunt̄ vel ēt tolluntur totaliter per diu
turnam ceſſationeꝫ ab actu: vt pꝫ ēt in ſcia ⁊ in vtute. Ma
nifeſtū eſt. n. ꝙ habitus vtutis moꝛalis facit hoīem prom
ptū ad eligendū mediū ī operationibus ⁊ paſſionibus: cū
aūt aliqs non vtit̄ habitu vtutis ad moderandas paſſiōes
vel operatōes ꝓprias: neceſſe eſt ꝙ proueniant multe paſ
ſiones ⁊ operatōes pter modum vtutis ex īclinatōe appe
titus ſenſitiui ⁊ alioꝝ que exterius mouent. vnde corrum
pitur vtus vel diminuitur p ceſſationem ab actu. Simili
ter ēt ē ex parte habituuꝫ ītellectualiū ſm quos eſt homo
ꝓmptus ad recte iudicandū de imagiatis: cum igr̄ homo
ceſſat ab vſu ītellectualis hitus: īſurgunt imagiationes ex
tranee: ⁊ quandoqȝ ad cōtrariū ducētes: ita ꝙ niſi per fre
quentem vſum intellectualis hitus quodāmō ſuccidantur
vel compꝛimant̄: reddit̄ hō minus aptus ad recte iudican
dū: ⁊ quādoqȝ totalr̄ diſponit̄ ad ꝯtrariū: ⁊ ſic p ceſſatio
nē ab actu diminuit̄: vel ēt corrumpit̄ ītellectualis hitus.
¶ Ad pmū ergo dōm: ꝙ ita ēt calor per ceſſationē a cale
faciēdo corrumpet̄: ſi p hoc īcreſceret frigidū quod eſt ca
lidi corruptiuū. ¶ Ad ſcđꝫ dōꝫ: ꝙ ceſſatio ab actu eſt mo
uens ad corruptionem vel diminutionē: ſic remouēs ꝓhi
bens: vt dcm̄ eſt. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ pars intellectiua aīe
ſm ſe eſt ſupꝛa tempus: ſed ps ſenſitiua ſubiacet tempori:
⁊ ideo per temporis curſum tranſmutat̄ qȝtum ad paſſio
nes appetitiue partis: ⁊ ēt quantum ad vires appꝛehenſi
uas. vnde phs dic̄ ī. 4. phyſicorum: ꝙ tempus eſt cauſa
obliuionis.

¶ Queſtio. liiij.

**Deinde** conſiderandū eſt de diſtin
ctiōe habituū. ¶ Et circa
hoc qrunt̄ quatuor. Pꝛīo vtruꝫ mul
ti habitus poſſint eſſe in vna potentia.
Scđo vtrum habitus diſtinguant̄ ſm
oba. Tertio vtrum hitus diſtinguant̄
ſm bonum ⁊ malum. Quarto vtrum
vnus hitus ex multis habitibus conſtituatur.

**Ad primū** ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ non poſſint eē
multi hitus ī vna potentia. Eorū. n.
que ſm idem diſtiguunt̄ multiplicato vno multiplicatur
⁊ aliud: ſed ſm idem potentie ⁊ hitus diſtiguunt̄. ſ. ſm
actus ⁊ oba: ſimilr̄ ergo multiplicantur: non ergo poſſunt
eſſe multi hitus in vna potentia. ¶ Pꝛ. Potentia eſt vtus
quedā ſimplex. ſꝫ ī vno ſubo ſimplici non pōt eſſe diuerſi
tas accipientiū. q: ſubm eſt cā accñtis: ab vno aūt ſimplici
non vr̄ procedere niſi vnum. ergo ī vna potentia non pñt
eſſe multi hitus. ¶ Pꝛ. Sicut corpus format̄ p figuram.
ita potētia format̄ per habitū: ſꝫ vnū corpus nō pōt ſimul
formari diuerſis figuris. ergo neqȝ vna potētia pōt ſimul
formari diuerſis hitibus. nō ergo plures hitus pñt ſimul
eē ī vna potētia. ¶ Sꝫ ꝯ ē ꝙ ītellectꝰ ē vna potētia: ī q̄ tñ
ſunt diuerſaꝝ ſciarū hitus. ¶ Rñº dōm ꝙ ſicut ſupra di
ctū eſt: hitus ſunt diſpōnes q̄dam alicuius ī potentia exñ
tis ad aliqd. ſiue ad nām: ſiue ad opationem vel finē nāe.
⁊ de illis qdē hitibus q ſunt diſpōnes ad nām manifeſtuꝫ
eſt ꝙ pñt plures eſſe ī vno ſubto. eo ꝙ vnius ſubti pñt di
uerſimode partes accipi: ſm quaꝝ diſpōnem habitꝰ dr̄.
ſicut ſi accipiant̄ humani corporis partes humores: prout
diſponuntur ſm nām humanam eſt habitus vel diſpō ſa
nitatis. Si vero accipiant̄ partes ſimiles vt nerui: ⁊ oſſa:
⁊ carnes: earum diſpō ordine ad nāꝫ eſt fortitudo: aut ma
cies. Si vero accipiunt̄ mēbꝛa: vt manus ⁊ pes: ⁊ hmōi
earuꝫ diſpō nāe ꝯueniens eſt pulchritudo: ⁊ ſic ſūt plures
hitus vel diſpōnes ī eodem. Si vero loquamur de habi
tibus q ſunt diſpōnes ad opa: q̄ propꝛie pertinent ad potē
tias: ſicut ēt contingit vnius potentie eſſe hitus plures: cu
ius rō eſt. q: ſubm hitus eſt potētia paſſiua: vt ſupra dcm̄
eſt: potentia. n. actiua nō tm̄ eſt alicuius hitus ſubm: vt ex
ſupra dictis pꝫ: potentia aūt paſſiua comparat̄ ad actū de
terminatū vnꝰ ſpēi: ſicut mā ad formā: eo ꝙ ſicut mā de
terminat ad vnā formā p vnum agēs: ita ēt potentia paſſi
ua a ratione vnius obiecti actiui determinatur ad vnum

actum ſm ſpēm. vnde ſicut plura obiecta poſſunt mouere vnam potentiā paſſiuā: ita vna potentia paſſiua pōt eſſe ſubm̄ diuerſoꝝ actuū vel perfectionum ſm ſpēm: habitꝰ aūt ſunt q̄dā qualitates: aut forme inherentes potētie: qbꝰ inclinatẗ potentia ad determinationē actus ſm ſpēm: vnde ad vnā potentiā pñt plures habitꝰ ꝑtinere: ſicut ⁊ plures actus ſpē differentes. ❡ Ad primū ergo dōm: ꝙ ſicut ī rebus nālibus diuerſitas ſpecieꝝ eſt ſm formaꝫ: diuerſitas āt generꝝ eſt ſm mām: vt dr̄ in. 5. metaphyſice: ea. n. ſunt diuerſa gñe quoꝝ eſt mā diuerſa. Jta ēt diuerſitas obiectorum ſm genus facit diſtinctionē potentiaꝝ: vñ pħs dicit ī .6. ethicoꝝ. ꝙ ad ea q̄ ſunt genere altera: ſunt ēt aīe particule alie: diuerſitas vero obiectorum ſm ſpēm facit diuerſitatem actuū ſm ſpēm: ⁊ per ꝯñs habituū. Quecūqꝫ autē ſunt diuerſa gñe: ſunt ēt ſpē diuerſa: ſed nō conuertitẗ. ⁊ iō diuerſaꝝ potentiaꝝ ſunt diuerſi actus ſpē. ⁊ diuerſi hītus: non aūt opꝫ ꝙ diuerſi habitus ſint diuerſaꝝ potentiaꝝ: ſꝫ pñt eē plures vnius: ⁊ ſicut ſunt gña generꝝ: ⁊ ſpecies ſpērum. ita ēt contingit eē diuerſas ſpēs habituū ⁊ potentiaꝝ. ❡ Ad ſcdm dōꝫ: ꝙ potētia ⁊ ſi ſit qdeꝫ ſimplex ſm eſſentiā. eſt tñ multiplex virtute: ſm ꝙ ad multos actus ſpē differentes ſe extēdit. ⁊ iō nihil ꝓhibꝫ in vna potentia eē multos habitꝰ ſpecie differētes. ❡ Ad tertiū dōm: ꝙ corpꝰ formatẗ ꝑ figurā: ſicut ꝑ ꝓpriā terminationē: habitꝰ āt nō eſt terminatio potētie. ſꝫ eſt diſpō ad actū ſicut ad vltimū terminū: ⁊ iō nō poſſent eē vnius potētie ſimilis plures actꝰ: niſi forte ſm ꝙ vnus cōprehenditẗ ſub alio. ſicut nec vniꝰ corporis plures figure: vt ſm ꝙ vna eſt in alia: ſicut trigonū in tetragono: non. n. poteſt intellectus ſimul multa actu intelligere. pōt tamen ſimul habitu multa ſcire.

**Ad ſecūdū** ſic ꝓceditẗ. Videtẗ ꝙ habitus non diſtinguantẗ ſm obiecta. Cōtraria. n. ſunt ſpē dr̃ia: ſꝫ idem hītus ſcīe eſt ꝯrioꝝ: ſicut medicina ſani ⁊ egri: nō ergo ſm obiecta ſpecie dr̃ia habitus diſtinguuntẗ. ❡ Pr̄. Diuerſe ſcīe ſunt diuerſi habitus: ſꝫ ideꝫ ſcibile ꝑtinet ad diuerſas ſcīas: ſicut terrā eſſe rotundā demonſtrat naturalis ⁊ aſtrologus. vt dr̄ in. 2. phyſicoꝝ. ergo habitus nō diſtinguuntẗ ſm obiecta. ❡ Pr̄. Eiuſdē actꝰ eſt idem obiectū: ſed idem actus pōt ꝑtinere ad diuerſos habitus virtutum ſi ad diuerſos fines referatẗ: ſicut dare pecuniā alicui ſi ſit ꝓꝑ deum pertinet ad charitatem. ſi vero ſit propter debitum ſoluendū ꝑtinet ad iuſtitiam. ergo etiam idem obiectum pōt ad diuerſos habitus ꝑtinere. ñ ergo eſt diuerſitas habituum ſm diuerſitatem obiectoꝝ. ❡ Sed ꝯ. actus dr̃nt ſpecie ſm diuerſitatem obiectorū. vt ſupra dcm̄ eſt: ſed habitus ſunt diſpōnes q̄dam ad actꝰ ergo etiam habitus diſtinguuntẗ ſꝫ diuerſa obta. ❡ Rñ° dōꝫ: ꝙ habitus ⁊ eſt forma quedaꝫ. ⁊ eſt habitus: pōt ergo diſtinctio habituum ſm ſpeciem attendi: aut ſm cōem modū quo forme ſpecie diſtinguuntẗ: aut ſm propriū modum diſtinctionis habituum. Diſtinguuntẗ ſiqdem forme adinuicē ſm diuerſa principia actiua. eo ꝙ oē agens facit ſimile ſm ſpeciem: habitus aūt importat ordinē ad aliqd: oīa aūt q̄ dr̄r ſm ordinē ad aliqd: diſtinguuntẗ ſm diſtinctionem eorum ad que dr̄r. Eſt aūt habitus diſpoſitio q̄dam ad duo ordinata. ſ. ad nām ⁊ opationem ꝯſequentē nām. Sic igitur ſm tria habitus ſpecie diſtinguuntẗ. Vno qdem mō ſm principia actiua taliū diſpōnuꝫ. Alio vō modo ſm nām. Tertio vero mō ſm obiecta ſpecie dr̃ia. vt ꝑ ſequentia explicabitẗ. ❡ Ad primū ergo dōm: ꝙ in diſtinctione potentiaꝝ vel ēt habituū nō eſt conſiderandū ipm obiectum materialiter. ſed rō obiecti differens ſpecie: vel etiam genere: q̄uis aūt ꝯria ſpecie differant diuerſitate rerū. tñ eadem rō eſt cognoſcendi vtrūqꝫ. q: vnum ꝑ aliud cognoſcitur: ⁊ ideo inquantū conueniūt in vna rōne cognoſcibilis ꝑtinent ad vnū habitum cognoſcitiuū. ❡ Ad ſcdꝫ dōm: ꝙ terram eſſe rotundam per aliud mediuꝫ demrat naturalis. ⁊ per aliud aſtrologus. Aſtrologus. n. hoc demrat per media mathematica. ſicut ꝑ figuras eclypſium. vel per aliud hmōi. naturalis vero hoc demonſtrat ꝑ medium nāle: ſicut per motuꝫ grauiū ad mediū: vel per aliō hmōi. Tota aūt virtus demōſtrationis q̄ eſt ſillogiſmus faciens ſcire vt dicitur in primo poſteriorum. dependet ex medio. ⁊ ideo diuerſa media ſunt ſicut diuerſa principia actiua ſm que habitus ſciarum diuerſificantur. ❡ Ad tertiū dōm: ꝙ ſicut pħs dicit in. 2. phyſi. ⁊ in. 7. ethi. ita ſe hꝫ finis in operabilibus: ſicut principium in demonſtratiuis. ⁊ ideo diuerſitas finiū diuerſificat virtutes: ſicut ⁊ diuerſitas actiuorū principioꝝ: ſunt etiam ipſi fines obiecta actuum interiorum: qui maxime pertinēt ad virtutes vt ex ſupra dictis pꝫ.

**Ad tertiū** ſic ꝓceditur. Vr̄ ꝙ habitus nō diſtinguantẗ ſm bonū ⁊ malū. Bonū. n. ⁊ malū ſunt ꝯria: ſed idē habitus eſt ꝯrioꝝ: vt ſupra habitū eſt: ergo habitus non diſtinguuntẗ ſm bonū ⁊ malū. ❡ Pr̄. Bonū conuertitẗ cum ente: ⁊ ſic cū ſit cōe omnibꝰ non poteſt ſumi: vt differentia alicuius ſpēi. vt pꝫ ꝑ pħm in. 2. topicoꝝ. ſimilr̄ etiā malū cū ſit priuatio ⁊ non ens nō pōt eſſe alicuius entis differētia. nō ergo ſm bonū ⁊ malum poſſunt habitus ſpecie diſtingui. ❡ Pr̄. Circa ideꝫ ſubiectū contingit eſſe diuerſos habitus malos: ſicut circa cōcupiſcentias itemperantiā ⁊ inſenſibilitatem. ⁊ ſimilr̄ etiā plures habitus bonos. ſ. virtutem humanam: ⁊ virtuteꝫ heroicam ſiue diuinam: vt pꝫ per pħm in. 7. ethi. nō ergo diſtinguuntẗ habitus ſm bonū ⁊ malum. ❡ Sꝫ ꝯ ē ꝙ habitus bonus ꝯriatur habitui malo. ſicut virtus vitio: ſed ꝯria ſunt diuerſa ſm ſpeciem. ergo habitus differunt ſpecie ſm differentiam boni ⁊ mali. ❡ Rñ° dōꝫ: ꝙ ſicut dictuꝫ eſt: habitus ſpecie diſtinguuntur non ſolum ſm obiecta ⁊ principia actiua: ſed etiam in ordine ad naturam: quod quidem contingit dupliciter. Vno modo ſecundum cōuenientiam ad naturam. vel etiam ſm diſconuenientiaꝫ ab ipſa: ⁊ hoc modo diſtinguuntẗ ſpecie habitus bonus ⁊ malus: nā habitus bonus dicitẗ qui diſponit ad actum conuenientem nature agentis. habitus autem malus dr̄ qui diſponit ad actum non conuenientem nature. ſicut actus virtutum nature humane conueniunt: eo ꝙ ſunt ſecundū rationem: actus vero vitioꝝ cum ſint contra rationem: a nā humana diſcordant. ⁊ ſic manifeſtum eſt ꝙ ſm differentiam boni ⁊ mali habitus ſpecie diſtinguuntur. Alio mō ſm nām habitꝰ diſtiguuntẗ ex eo ꝙ hītus vnꝰ diſponit ad actū ꝯuenienteꝫ nāe iferiori: alius āt hītus diſponit ad actū conuenientē nāe ſupiori: ⁊ ſic virtus humana q̄ diſponit ad actū ꝯuenientē nāe humane diſtiguitẗ a diuina vtute vel heroica: q̄ diſponit ad actū ꝯuenientē cuidā ſupiori nāe. ❡ Ad primū ergo dōm: ꝙ ꝯrioꝝ pōt eē vnus hītus ſm ꝙ ꝯria ꝯueniūt in vna rōne. Nunqꝫ tñ ꝯtingit ꝙ hītꝰ ꝯtrarij ſint vnius ſpēi. ꝯtrarietas. n. habituū eſt ſm ꝯtrarias rōnes: ⁊ ita ſm bonū ⁊ malū hītus diſtinguuntẗ: inquātum vnꝰ hītꝰ eſt bonꝰ: ⁊ aliꝰ malus. nō āt ex hoc ꝙ vnꝰ ē boni ⁊ alius ē mali. ❡ Ad ſcdm dōꝫ: ꝙ bonū cōe oī enti nō ē differētia ꝯſtituēs ſpēm alicuiꝰ hītus: ſꝫ quoddā bonū determinatū qđ eſt ſm ꝯuenientiā ad determinatā nām. ſ. humanam: ſilr̄ ēt malū qđ ē differētia ꝯſtitutiua hītus nō ē ꝑuatio pura: ſꝫ ē aliqd determiatū repugnās determiate nāe. ❡ Ad $3^{m}$ dōm: ꝙ plures hītus boni circa idē ſpē diſtiguuntẗ ſm ꝯueniētiā ad diuerſas nās vt dcm̄ eſt plures vero habitꝰ mali diſtiguuntẗ circa idē agendū ſm diuerſas repugnantias ad id qđ eſt ſm nām: ſicut vni vtuti ꝯtrariantẗ diuerſa vitia circa eandem mām.

**Ad quartū** ſic ꝓceditẗ. Videtẗ ꝙ vnus hītus ex pluribꝰ habitibus ꝯſtituatur: illud. n. cuius gñatio non ſiḿl ꝑficitẗ: ſed ſucceſſiue videtẗ cōſtitui ex pluribus partibus: ſed gñatio habitus non eſt ſil: ſed ſucceſſiue ex pluribus actibus: vt ſupra habitū ē. ergo vnus habitus ꝯſtituitur ex pluribꝰ hītibus. ❡ Pr̄. Ex partibus cōſtituitẗ totum. ſed vni habitui aſſignantur multe ꝑtes: ſicut Tullius ponit multas partes fortitudinis ⁊ temperantie: ⁊ aliarum virtutum ergo vnus habitus ꝯſtituitẗ ex pluribus. ❡ Pr̄. De vna ſola ꝯcluſione pōt ſcīa hīri actu ⁊ habitu ſꝫ multe ꝯcluſiones ꝑtinēt ad vnā ſciam totā: ſicut ad geometriā vel ariſmeticā. ergo vnus habitus ꝯſtituitẗ ex multis. ❡ Sꝫ ꝯtra. hītus cū ſit q̄litas q̄dā ē forma ſimplex: ſꝫ nullus ſimplex ꝯſtituitẗ ex pluribꝰ. ergo vnꝰ hītus

non conſtituitur ex pluribus habitibus. ¶ Rñ° dicendum: ꝙ habitus ad opationē ordinatus: de quo nūc principaliter itendimus: ē pfectio q̄dā potētie: oīs āt pfectio ꝓportionatur ſuo pfectibili: vñ ſic potentia cū ſit vna ad multa ſe extēdit ſcḋm ꝙ ꝯueniūt ī vno aliquo .ſ. in gñali quadā rōni obiti. ita ēt hītus ad multa ſe extēdit ſcḋm ꝙ hꝫ ordinē ad aliquod vnū: puta ad vnā ſpālē rōnē obi: vel vnā nām: vel vnum principiū: vt ex ſupra dictis pꝫ. Si igr̄ ꝯſideremus habitū ſcḋm ea ad q̄ ſe extēdit: ſic iuenimus ī eo q̄dā multiplicitatē. ſꝫ q2 illa multiplicitas ē ordinata ad aliq̄d vnū: ad qḋ principaliter reſpicit hītus: inde ē ꝙ hītus ē qualitas ſimplex. ñ ꝯſtituta ex pluribꝰ hītibus: ēt ſi ad multas ſe extēdat: nō .n. vnꝰ hītꝰ ſe extēdit ad multa niſi ī ordine ad vnū: ex quo hꝫ vnitatē. ¶ Ad primū ergo dicendū: ꝙ ſucceſſio ī gñatōe hītus nō ꝯtingit ex hoc ꝙ ps eiꝰ gñet poſt ptē: ſꝫ ex eo ꝙ ſubꝫ nō ſtatī ꝯſeqtur diſpōnē firmā ⁊ difficilē mobilē: ⁊ ex eo ꝙ primo iperfecte incipit eē in ſubo: ⁊ paulatim pficit: ſicut ēt de alijs qualitatibus. ¶ Ad ſcḋz dicendū: ꝙ partes q̄ ſingulis v̄tutibus cardinalibus aſſignant̄ nō ſunt ptes itegrales ex q̄bus ꝯſtituat̄ totū: ſed partes ſubiectiue: ſiue potētiales vt infra patebit. ¶ Ad 3m dicendū: ꝙ ille q̄ in alia ſcīa acqrit p demſtrationē ſciam ꝯcluſionis vnꝰ: hꝫ qdē habitū: ſꝫ iperfecte: cū v̄o acqrit p aliquā demſtrationē ſciam ꝯcluſionis alterīꝰ: nō aggenerat̄ ī eo alius hītus: ſꝫ hītus q̄ priꝰ fuerat fit pfectior: vtpote ad plura ſe extēdēs: eo ꝙ ꝯcluſiones ⁊ demſtrationes vnius ſcīe ordinate ſunt: ⁊ vna deriuat̄ ex alia.

¶ Queſtio. lv.

## Onſequēter

Onſequēter conſiderādū eſt de habitibꝰ in ſpāli. Et q2 hītus: vt dcm̄ ē: diſtinguūt̄ p bonū ⁊ malū. Prio dicendum eſt ḋ habitibꝰ bonis q̄ ſunt virtutes. ⁊ alia eis adiūcta .ſ. dona: beatitudines ⁊ fructus Scḋo de habitibus malis .ſ. de vitijs ⁊ peccatis. ¶ Circa virtutes aūt q̄nq3 ꝯſiderāda ſunt. Primo de eſſentia virtutis. Scḋo de ſubo eiꝰ. Tertio de diuiſione virtutuꝫ. Quarto de cā virtutis. Quinto de q̄buſdā ꝓprietatibus virtutis. ¶ Circa p̄mū q̄runt̄ quatuor. Prio vtrū virtꝰ humana ſit habitus. Scḋo vtrū ſit habitus operatiuus. Tertio vtrum ſit habitus bonus. Quarto de diffinitione virtutis.

## Ad primū

Ad primū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ v̄tus humana nō ſit hītus. Virtus .n. ē vltimū potētie: vt dr̄ in primo de celo: ſꝫ vltimū vniuſcuiuſq3 reducitur ad genus illud cuius ē vltimū: ſicut punctū ad genus linee. ergo v̄tus nō reducit̄ ad genꝰ hītus. ¶ P̄. Aug. dicit in .2. de li. arbitri. ꝙ v̄tus ē bonus vſus liberi arbitrij: ſed vſus liberi arbitrij ē actꝰ. gͦ v̄tus nō ē hītꝰ ſꝫ ē actꝰ. ¶ P̄. Habitibꝰ nō meremur: ſꝫ actibus alioq̄n hō mereret̄: ꝯtinue ēt dormiēdo: ſꝫ v̄tutibus meremur. ergo v̄tutes non ſunt hītus ſꝫ actus. ¶ P̄. Aug. dicit in libro de moribꝰ eccleſie: ꝙ virtus ē ordo amoris: ⁊ in li. 83. q. dicit ꝙ ordinatio q̄ v̄tus vocat̄ ē fruēdis frui: ⁊ vtēdis vti. ordo āt ſeu ordinatio noīat vel actū: vel relationē. ergo v̄tus nō ē habitꝰ ſꝫ actus vel relatio. ¶ P̄. Sicut inueniunt̄ v̄tutes humane ita ⁊ virtutes nāles: ſꝫ v̄tutes nāles nō ſunt hītus: ſꝫ potētie q̄dā. ergo ēt neq3 virtutes hūane. ¶ Sed ꝯ̄ ē ꝙ phs in libro p̄dicamētoꝝ ſciam ⁊ v̄tutem ponit eē hītus. ¶ Rñ° dicendū: ꝙ virtus noīat quādā potētie pfectionē: vniuſcuiuſq3 .n. pfectio p̄cipue ꝯſiderat̄ in ordine ad ſuū finē: finis aūt potētie actꝰ ē: vñ potētia dr̄ eē pfecta ſcḋm ꝙ determinat̄ ad ſuū actū. Sūt āt q̄dā potētie q̄ ſcḋm ſeipſas ſūt determinate ad ſuos actus. ſicut potētie nāles actiue. ⁊ iō hmōi potētie nāles ſcḋm ſeipſas dr̄r virtutes: potentie āt rōnales q̄ ſunt ꝓprie hoīs nō ſunt determinate ad vnū: ſꝫ ſe hñt indeterminate ad multa: determinant̄ aūt ad actus p habitus. ſicut ex ſupra dictis pꝫ. ⁊ iō virtutes humane habitus ſunt. ¶ Ad primū ergo dicendum: ꝙ q̄nq3 virtus dr̄ id ad qḋ ē virtus .ſ. vel obm̄ virtutis vel actus eius: ſicut fides dr̄ q̄nq3 id qḋ credit̄. q̄nq3 v̄o ipſuꝫ credere: q̄nq3 āt ipſe habitꝰ quo creditur. vñ q̄ñ dr̄ ꝙ virtus ē vltimū potētie: ſumit̄ virtus pro obō virtutis. id .n. in quo vltimo potētia eē pōt: ē id ad qḋ dicitur virtus rei: ſicut ſi aliquis pōt ferre centum libras ⁊ nō plus: virtus eius cōſiderat̄ ſcḋm cētū libras: nō āt ſcḋm .lx. obiectio āt ꝓcedebat: ac ſi eēntialr̄ virtus eēt vltimū potētie. ¶ Ad ſcḋm dicendum ꝙ bonus vſus liberi arbitrij dr̄ eſſe virtꝰ ſcḋm eandē rōnē. q2 .ſ. eſt id ad qḋ ordinat̄ virtꝰ ſicut ad ꝓpriū actum: nihil eſt .n. aliud actꝰ virtutis q̄3 bonus vſus liberi arbitrij. ¶ Ad tertiuꝫ dicendum: ꝙ aliq̄ dr̄r mereri dupl̄r. Vno mō ſicut ipſo merito: eo mō quo dicimur currere curſu. ⁊ hoc mō meremur actibus. Alio mō dicimur mereri aliquo ſicut principio merēdi: ſicut dicimur currere potētia motiua. ⁊ ſic dicimur mereri virtutibus ⁊ habitibus. ¶ Ad quartum dicendum: ꝙ virtꝰ dr̄ ordo vel ordinatio amoris: ſicut id ad qḋ eſt virtus: per virtutē .n. ordinat̄ amor ī nobis. ¶ Ad quintum dicendum: ꝙ potentie nāles ſunt de ſe determinate ad vnum: nō autē potentie rōnales: ⁊ ideo non eſt ſimile: vt dcm̄ eſt.

## Ad ſecundū

Ad ſecundū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ nō ſit ḋ rōne virtutis humane ꝙ ſit habitus operatiuus: dicit .n. Tullius ī .4. de tuſculanis queſtionibus ꝙ ſicut ē ſanitas ⁊ pulchritudo corporis: ita eſt virtus anime: ſed ſanitas ⁊ pulchritudo nō ſunt habitus operatiui. ergo neq3 etiam virtus. ¶ P̄. In rebus nālibus inuenit̄ virtus: non ſolum ad agere: ſed etiam ad eſſe: vt pꝫ p phm̄ in primo de celo: ꝙ quedam hñt virtutem: vt ſint ſemper: quedam vero non adhoc ꝙ ſint ſemp. ſed aliquo tpe determinato: ſed ſicut ſe hꝫ virtus nālis in rebus nālibus: ita ſe hꝫ virtus humana in rōnalibus. ergo ēt virtus humana non ſolū eſt ad agere. ſed ēt ad eſſe. ¶ P̄. Phs dicit in .7. phy. ꝙ virtus eſt diſpoſitio pfecti ad optimum. Optimū aūt ad qḋ hoīem oꝫ diſponi per virtutē eſt ipſe deus: vt ꝓbat Aug. in li. 2. de moribus eccleſie. ad quē diſponit̄ aīa p aſſimilationē ad ipſuꝫ. ergo videt̄ ꝙ virtus dicat̄ qualitas q̄dam aīe in ordine ad deū tanq3 aſſimilatiua ad ipm̄: non aūt in ordine ad opationē: non igit̄ ē habitus opatiuus. ¶ Sed ꝯ̄ eſt qḋ phs dicit in .2. ethi. ꝙ virtꝰ vniuſcuiuſq3 rei eſt que opus eius bonum reddit. ¶ Rñ° dicendum ꝙ virtus ex ipſa rōne noīs iportat quādam pfectionē potentie: vt ſupra dcm̄ ē: vñ cū duplex ſit potētia .ſ. potentia ad eſſe. ⁊ potentia ad agere: vtriuſq3 potentie perfectio virtus vocat̄: ſed potentia ad eſſe: tenet ex parte mārie q̄ eſt ens in potentia: potentia aūt ad agere ſe tenet ex parte forme: q̄ eſt principiū agendi: eo ꝙ vnūquodq3 agit inq̄ſtum ē actu. in ꝯſtitutione aūt hoīs corpus ſe tenet ſicut mā. aīa vero ſicut forma: ⁊ quantū q̄dē ad corpus hō cōicat cū alijs aīalibus. ⁊ ſimilr̄ q̄ſtū ad vires q̄ ſunt aīe ⁊ corpori cōes: ſole aūt ille vires q̄ ſunt ꝓprie aīe .ſ. rōnales ſūt hoīs tm̄: ⁊ iō virtus humana de qua loq̄mur non pōt ptinere ad corpus: ſꝫ ptinet tm̄ ad id qḋ eſt ꝓpriū aīe: vnde virtus humana nō iportat ordinē ad eſſe: ſꝫ magis ad agere: ⁊ iō de rōne virtutis humane ē ꝙ ſit habitus opatiuꝰ. ¶ Ad p̄mū ergo dicendum: ꝙ modus actionis ſeq̄tur diſpoſitionē agētis: vnūqḋq3 .n. quale ē talia operat̄: ⁊ iō cū v̄tus ſit principiū aliqualis opationis: oꝫ ꝙ in operante p̄exiſtat ſcḋm virtutē aliquā ꝯformis diſpoſitio: facit āt virtꝰ opationē ordinatā. ⁊ iō ipſa virtus ē q̄dam diſpoſitio ordinata in aīa ſcḋz .ſ. ꝙ ꝓprie potētie aīe ordinant̄ aliqualiter adinuicē ⁊ ad id qḋ eſt extra. ⁊ iō virtus inq̄ātuꝫ ē conueniens diſpoſitio aīe: aſſimilat̄ ſanitati ⁊ pulchritudini: q̄ ſunt debite diſpōnes corporis. ſꝫ per hoc non excludit̄ q̄n virtus ēt ſit operationis principiū. ¶ Ad ſcḋm dicendum: ꝙ virtus que ē ad eſſe nō eſt ꝓpria hoīs: ſꝫ ſolū virtus q̄ ē ad opera rōnis q̄ ſunt ꝓpria hoīs. ¶ Ad 3m dicendum: ꝙ cū dei ſuba ſit eius actio: ſumma aſſimilatio hoīs ad deū eſt ſcḋm aliquam operationem: vnde ſicut ſupra dictum eſt: felicitas ſiue beatitudo per quam homo deo maxime ꝯformatur que eſt finis humane vite in operatione conſiſtit.

## Ad tertiū

Ad tertiū ſic procedit̄ur. Videtur ꝙ non ſit de ratione virtutis ꝙ ſit habitus bonꝰ. Peccatum enim in malo ſemper ſumitur: ſed etiam peccati eſt aliqua virtus. ſcḋm illud idest ad Cor. 15. Virtꝰ peccati lex. ergo virtus nō ſemper ē habitꝰ bonus. ¶ P̄. Virtus potētie rñdet: ſed potentia non ſolū ſe hꝫ ad bonū: ſed

etiam ad malum: ſm illud Eſa. 5. Ue qui potentes eſtis
ad bibēdū vinū. vt viri fortes ad miſcēdū ebrietatē. ergo
ēt virt⁹ ſe hʒ ⁊ ad bonū ⁊ ad malū. ¶ P̄. Scđ́ʒ aplm̄. 2.
ad Cor. 12. Uirtus in infirmitate pficit: ſʒ īfirmitas ē quod
dā malū. ergo v̄tus nō ſolū ſe hʒ ad bonū: ſʒ ēt ad maluʒ.
¶ Sʒ ɔ̄ ē qđ Aug. dicit ī li. de moribus eccleſie. Nemo
āt dubitabit ꝙ v̄tus aīam fac̄ optimā. ⁊ phs dicit ī. 2. ethi
co. ꝙ v̄tus eſt q̄ bonū facit hñtem: ⁊ opus eius bonū red
dit. ¶ Rñ° dđ́m: ꝙ ſicut ſupra dcm̄ ē: v̄tus īportat perfe
ctionē potentie. vñ v̄tus cuiuſlibʒ rei determinatur ad vlti
mū in qđ res pōt: vt dr̄ in primo de celo. Ultimū aūt in
qđ vnaqueqʒ potētia pōt: opʒ ꝙ ſit bonū: nā oē malū defe
ctū quendā īportat. vñ Dio. dicit in. 4. de di. no. ꝙ oē ma
lū ē infirmū: ⁊ ꝑꝑ hoc oʒ ꝙ virt⁹ cuiuſlibʒ rei dicat̄ ī ordi
ne ad bonū: vñ virtus hūana q̄ eſt hitus opatiuus: eſt bo
nus habit⁹ ⁊ boni opatiuus. ¶ Ad primū g° dđ́m: ꝙ ſic
pfectū: ita ēt ⁊ bonū dr̄ metaphorice in malis. dr̄. n. ⁊ pfe
ct⁹ fur ſiue latro: ⁊ bon⁹ fur ſiue latro: vt pʒ p phm̄ in. 5.
metaphy. ſm hoc ergo ēt v̄tus metaphorice ī malis dr̄:
⁊ ſic v̄tus peccati dr̄ lex inq̄tū. ſ. p legē occaſionatr̄ ē pctī
augmētatū: ⁊ q̄ſi ad maximū ſuū poſſe puenit. ¶ Ad ſcđ́ʒ
dđ́ʒ: ꝙ malū hbrietatis. ⁊ nimie potationis ɔſiſtit in defe
ctu ordinis ⁊ rōnis. Cōtingit aūt cū defectu rōnis eſſe ali-
quā potētiā īferiorē pfectā ad id qđ ē ſui gn̄is ēt cum repu
gnātia vel defectu rōnis: pfectio aūt talis potentie cū ſit cū
defectu rōnis nō poſſet dici v̄tus humana. ¶ Ad 3^m^ dđ́ʒ
ꝙ tāto rō pfectior eē oſtendit̄: q̄ẜto infirmitates corporis.
⁊ inferiorum partium magis poteſt vincere: ſeu tollerare
⁊ ideo virtus humana que rōni attribuit̄: in infirmitate p
fici dr̄ non quidem rōnis: ſed in infirmitate corporis: ⁊ infe
riorum partium.

**Ad quartū** ſic pcedit̄. Uidet̄ ꝙ nō ſit conue
niēs diffō v̄tutis que ſolet aſſigna
ri. ſ. virtus ē bona q̄litas mētis q̄ recte viuit̄. q̄ nullus ma-
le vtit̄. quā deus in nobis ſine nobis operat̄: virtus. n. eſt
bonitas hoīs: ipſa. n. ē q̄ bonū facit hñtem: ſʒ bonitas non
vr̄ eē bona: ſic nec albedo ē alba: igr̄ icōueniēter dr̄ ꝙ vir
tus ē bona qualitas. ¶ P̄. Nulla drīa eſt cōior ſuo gn̄e
cū ſit gn̄is diuiſiua: ſʒ bonū ē cōius q̄ʒ q̄litas: conuertit̄. n.
cū ente. ergo bonū nō dʒ poni in diffōne v̄tutis. vt drīa q̄-
litatis. ¶ P̄. Sicut Augu. dicit in. 12. de tri. Ubi primo oc
currit aliq̄d qđ nō ſit nobis peccatoribuſqʒ cōe: illđ ad mē
tē ptinēt: ſʒ q̄dā virtutes: ſunt ēt irrōnabilium partium: vt
phs dicit in. 3. ethi. nō ergo oīs virtus ē bona q̄litas mētis
¶ P̄. Rectitudo videt̄ ad iuſtitiā ptinere: vñ ideʒ dn̄r re
cti ⁊ iuſti: ſʒ iuſtitia eſt ſpēs virtutis. īconuenienter ergo po
nit̄ rectū in diffōne virtutis: cū dr̄. Qua recte viuit̄. ¶ P̄.
Quicunqʒ ſupbit de aliquo: male vtit̄ eo: ſʒ multi ſupbiūt
de virtute: dicit. n. Augu. in regula ꝙ ſupbia ēt bonis opi-
bus inſidiat̄ vt pereāt falſum eſt ergo ꝙ nemo v̄tute ma
le vtat̄. ¶ P̄. Hōꝰ p virtutē iuſtificat̄: ſʒ Augu. dicit ſup il
lud Jo. maiora hor̄ faciet: q creauit te ſine te non iuſtifica-
bit te ſine te. incōueniēter ergo dr̄ ꝙ virtutē de⁹ in nobis ſi
ne nobis opat̄. ¶ Sʒ ɔ̄ eſt auctoritas Aug. ex cuius v̄bis
p̄dicta diffō colligit̄. ⁊ p̄cipue in. 2. de li. arbi. ¶ Rñ° dđ́ʒ
ꝙ iſta diffō perfecte cōplectit̄ totā rōnem virtutis: pfecta
. n. rō vniuſcuiuſqʒ rei colligit̄ ex oībus cauſis eius. Com-
prehendit āt predicta diffinitio oēs cās v̄tutis: cā nāqʒ for-
malis v̄tutis: ſicut ⁊ cuiuſlibʒ rei accipit̄ ex eius genere ⁊
drīa: cū dr̄ bona qualitas: gen⁹. n. virtutis qualitas ē. drīa
āt bonū: eēt tñ ɔuenientior diffinitio ſi loco qualitatis hitus
poneret̄: q ē genus ꝓpinquū: virtus āt non hʒ māim ex q̄
ſicut nec alia accn̄tia: ſʒ hʒ māim circa quā: ⁊ māim in qua
. ſ. ſubm̄ mā aūt circa quā eſt obm̄ virtutis. qđ non potuit
in p̄dicta diffōne poni: eo ꝙ p obm̄ determinat̄ virtus ad
ſpēm. hec auteʒ aſſignat̄ diffinitio virtutis in cōi: vñ ponit̄
ſubm̄ loco cauſe malis: cū dr̄ ꝙ eſt bona qualitas mentis.
finis aūt virtutis cū ſit habitus opatiuus eſt ipſa operatio
¶ Sʒ notādū ꝙ habituū opatiuor̄ aliq̄ ſunt ſemꝑ ad ma
lū. ſic habitus vitioſi: aliq̄ vero q̄nqʒ ad bonuʒ: ⁊ q̄nqʒ ad
malū: ſic opinio ſe hʒ ad ver̄: ⁊ ad falſum: virtus aūt ē ha
bitus ſemper ſe hñs ad bonū. ⁊ iđ vt diſcernat̄ virtus ab
his que ſemper habent ad malum dicitur. Qua recte viui
tur: vt āt diſcernatur ab his que ſe habent q̄nqʒ ad bonū:
quandoqʒ ad malum. dr̄ qua nullus male vtit̄. Cauſa aūt
efficiens virtutis infuſe de qua diffinitio dat̄: deus eſt: ꝑꝑ
quod dr̄. Quam deus in nobis ſine nobis operatur: que
quidem particula ſi auferat̄: reliquum diffōnis erit cōmu
ne oībus virtutibus ⁊ acquiſitis ⁊ infuſis. ¶ Ad primuʒ
ergo dđ́m: ꝙ id qđ primo cadit in intellectu eſt ens: vnde
vnicuiqʒ apprehenſo a nobis: attribuimus ꝙ ſit ens ⁊ per
conſequens ꝙ ſit vnū ⁊ bonum: que conuertunt̄ cū ente.
vñ dicimus ꝙ eſſentia eſt ens ⁊ vna ⁊ bona. ⁊ ꝙ vnitas
eſt ens ⁊ vna bona: ⁊ ſimilr̄ de bonitate. non aūt hoc hēt
locum in ſpeciebus formis: ſicut eſt albedo ⁊ ſanitas: non
enim omne qđ apprehendimus ſub ratione albi ⁊ ſani ap
prehendimus: ſed tamen conſiderandū ꝙ ſicut accidentia
⁊ forme ſubſiſtentes dn̄r entia: non q: ipſa habeant eſſe:
ſed q: eis aliquid eſt. ita etiam dn̄r bona vel vna: non qui
dem aliqua alia bonitate: vel vnitate: ſed q: eſt eis aliquid
bonum vel vnum. ſic igit̄ ⁊ virtus dicit̄ bona. q: in ea ali
quid eſt bonum. ¶ Ad ſcđ́m dđ́ʒ: ꝙ bonū qđ ponitur in
diffinitione virtutis non eſt bonum commune qđ cōuerti
tur cum ente: ⁊ eſt in plus q̄ʒ qualitas: ſed eſt bonū ratio-
nis ſm ꝙ Diony. dicit in. 4. ca de diui. no. ꝙ bonū aīe eſt
ſm rationē eſſe. ¶ Ad 3^m^ dđ́m: ꝙ virtus non pōt eſſe in
irrationali parte anime. niſi inquantum participat rōnem
vt dr̄ in primo ethicor̄. ⁊ iđ rō ſiue mens eſt ꝓpriū ſubm̄
virtutis humane. ¶ Ad quartū dđ́m: ꝙ iuſtitie eſt ꝓpria
rectitudo q̄ ɔſtituit̄ circa res exteriores q̄ ī vſuʒ hoīs veni
unt q̄ ſunt ꝓpria mā iuſtitie: vt infra patebit: ſed rectitudo
q̄ īportat ordinē ad finē debitū: ⁊ ad legē diuinā: q̄ eſt regu
la voluntatis humane: vt ſupra dcm̄ eſt: cōis eſt oī virtu-
ti. ¶ Ad q̄ntum dđ́m: ꝙ virtute pōt aliq̄s male vti tanq̄ʒ
obo: puta cū male ſentit de virtute cū odit eā: vel ſuperbit
de ea: nō āt tanq̄ʒ principio vſus: ita. ſ. ꝙ malus ſit act⁹ vir
tutis. ¶ Ad ſextū dđ́m: ꝙ v̄tus īfuſa cauſat̄ in nobis a dō
ſine nobis agētib⁹. nō tñ ſine nobis ɔſentientibus: ⁊ ſic ē i-
telligendū qđ dr̄. Quam deus in nobis: ſine nobis opera
tur. q̄ vero per nos agunt̄: deus ī nobis cauſat: nō ſine no
bis agētibus: ipſe. n. operat̄ in omni voluntate ⁊ nā.

¶ Queſtio. lvi.

d

**Einde** conſiderandū ē de ſubſtā
tia v̄tutis. ¶ Et circa hoc
q̄runt̄ ſex. Primo vtr̄ virt⁹ ſit in potētia
aīe ſic̄ ī ſubo. Scđo vtr̄ vna virt⁹ poſ
ſit eē ī plurib⁹ potētijs. Tertio vtr̄ ītel
lectus poſſit eſſe ſubiectum virtutis.
Quarto vtr̄ iraſcibilis ⁊ concupiſcibi-
lis. Quinto vtrum vires apprehenſiue ſenſitiue. Sex-
to vtrum voluntas.

**Ad primū** ſic pcedit̄. Uidet̄ ꝙ virtus non ſit ī
potentia aīe ſicut in ſubiecto. Dicit
. n. Augu. in. 2. de li. arbi. ꝙ virtus ē qua recte viuit̄. viue-
re aūt non eſt p potētiam aīe: ſʒ p eius eſſentiam. ergo vir
tus nō eſt in potētia aīe: ſʒ in eius eſſentia. ¶ P̄. Phs di
cit in. 2. ethi. Uirtus ē q̄ bonū facit hñtem. ⁊ opus eius bo
nū reddit̄: ſʒ ſicut opus ɔſtituit̄ p potētiā: ita hñs v̄tutem
ɔſtituit̄ per eſſentiā aīe. ergo virtus non magis ptinet ad
potētiam aīe q̄ʒ ad eius eſſentiam. ¶ P̄. Potētia ē in ſcđa
ſpē qualitatis. virtus aūt eſt q̄dam qualitas: vt ſupra dictū
eſt: qualitatis aūt nō eſt qualitas. ergo virt⁹ nō ē in potētia
aīe ſicut in ſubiecto. ¶ Sʒ ɔ̄. virtus eſt vltimū potētie: vt
dr̄ in primo de celo: ſʒ vltimū eſt in eo cuius eſt vltimū. er
go virtus ē in potētia aīe. ¶ Rñ° dđ́ʒ: ꝙ virtutē ptine-
re ad potentiam aīe ex tribus pōt eſſe manifeſtū. Pri-
mo qdē ex ipſa rōne virtutis q̄ importat perfectionem po
tentie. pfectio āt eſt in eo cuius eſt perfectio. Scđo ex eo
ꝙ eſt habitus opatiuus. vt ſupra dcm̄ eſt: oīs aūt opatio
eſt ab aīa p aliquā potentiaʒ. Tertio ex hoc ꝙ diſponit ad
optimū. optimū aūt eſt finis: qui vel eſt opatio rei: vel ali-
quid cōſecutum p opationē a potētia egredientē: vñ virt⁹
humana eſt in potentia aīe ſicut in ſubiecto. ¶ Ad primum
g° dđ́m: ꝙ viuere dupliciter ſumit̄. Q̄nqʒ. n. dr̄ viuere

ipſum eſſe viuentis: ⁊ ſic pertinet ad eſſentiam aïe q̄ eſt vi
uenti eēndi principiū. Alio mō viuere dr̄ opatio viuentis.
⁊ ſic v̄tute recte viuit̄ inq̄tū p eā aliqs recte opat̄. ¶ Ad
ſcd̄m dōm: q̄ bonū: vel ē finis: vel ī ordie ad finē dr̄. ⁊ iō
cū bonū operātis ꝯſiſtat in opationē. hoc ēt ipm̄ q̄ virtus
operātē bonū fac̄: refert̄ ad opationē. ⁊ p ꝯñs ad potētiā.
¶ Ad 3m dōm: q̄ vnū accñs dr̄ eē ī alio ſic ī ſubto: nō q̄:
accñs p ſe ipſ3 poſſit ſuſtētare aliud accñs: ſ3 q̄: vnū accñs
īheret ſubſtātie mediāte alio accñte. vt color corpori medi
ante ſuꝑficie. vñ ſupficies dr̄ eē ſubm coloris: ⁊ eo mō po
tētia aïe dr̄ eſſe ſubiectum virtutis.

Ad ſecūdū ſic ꝓcedit̄. Vr̄ q̄ vna virtus poſ/
ſit eſſe ī duab⁹ potētijs. Habit⁹. n.
cognoſcunt̄ p actus: ſ3 vn⁹ actus ꝓgredit̄ diuerſimode a
diuerſis potētijs: ſic ambulatio ꝓcedit a rōne: vt dirigēte
a volūtate: ſic a mouente: ⁊ a potētia motiua ſic ab exeq̄n/
te. ergo ēt habitus vni⁹ virtutis pōt in plurib⁹ eē potētijs.
¶ P̄. Phs dic̄ ī .2. ethi. q̄ ad virtutē tria req̄runt̄. ſ. ſcire:
velle: ⁊ imobiliter opari. ſ3 ſcire pertinet ad intellectū: vel/
le ad volūtatem. ergo virt⁹ pōt eē in plurib⁹ potentijs.
¶ P̄. Prudentia eſt in ratione cum ſit recta rō agibilium
vt dr̄ in .6. ethi. eſt etiā in volūtate. q̄: nō pōt eſſe cum vo/
lūtate peruerſa: vt in eodem li. dr̄. ergo vna virtus pōt eē
ī duab⁹ potētijs. ¶ Sz ɔ̄. virtus ē ī potentia aïe ſic in ſubo
ſ3 idē accñs nō pōt eē in pluribus ſubtis: ergo vna virtus
nō pōt eē in pluribus potētijs aïe. ¶ Rñ° dō3: q̄ aliqd eē
in duob⁹ ꝯtingit dupl'r. Uno mō ſic: q̄ ex equo ſit ī vtroq3
⁊ ſic impoſſe ē vnam virtutē eſſe in duabus potētijs. q̄: di/
uerſitas potentiarū attendit̄ ſm gn̄ales conditiōes obiecto
rū: diuerſitas āt habituū ſm ſpāles: vnde vbicunq3 eſt di
uerſitas potentiarū: eſt diuerſitas habituū. ſ3 non cōuertit̄.
Alio mō pōt eē aliqd in duob⁹ vel pluribus: nō ex equo
ſ3 ordine quodā. ⁊ ſic vna v̄tus ꝑtinere pōt ad plures potē
tias: ita q̄ in vna ſit principaliter: ⁊ ſe extendat ad alias per
modū diffuſionis: vel p modū diſpōnis: ſm q̄ vna potētia
mouet̄ ab alia: ⁊ ſm q̄ vna potētia accipit ab alia. ¶ Ad
primū ergo dōm: q̄ idē act⁹ nō pōt eq̄liter: ⁊ eodē ordine
ꝑtinere ad diuerſas potentias: ſ3 ſm diuerſas rōnes ⁊ di/
uerſo ordine. ¶ Ad ſcd̄3 dōm: q̄ ſcire ꝑexigit̄ ad virtutē
moralem: inquātum virtus moralis operat̄ ſm rōne3 re
ctam: ſ3 eſſentialiter ī appetendo virtus moralis conſiſtit.
¶ Ad tertiu3 dōm: q̄ prudentia realiter eſt in rōne ſicut ī
ſubiecto: ſed preſupponit rectitudinem volūtatis ſicut pri/
cipium: vt infra dicetur.

Ad tertiū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ q̄ intellectus non
ſit ſubiectu3 virtutis. Dicit. n. Aug.
in li. de morib⁹ eccleſie: q̄ omnis virt⁹ eſt amor. ſubiectu3
aūt amoris non eſt intellect⁹: ſ3 ſolum vis appetitiua. ergo
nulla virt⁹ eſt in intellectu. ¶ P̄. Virt⁹ ordinat̄ ad bonū:
ſic̄ ex ſupra dictis p3: bonum aūt non eſt obiectum intelle
ctus: ſ3 appetitiue virtutis. ergo ſubiectū virtutis nō eſt in
tellectus: ſ3 appetitiua virtutis. ¶ P̄. Virtus eſt q̄ bonu3
fac̄ hn̄tem: vt phs dicit. ſ3 habitus perficiens intellectū nō
facit bonū hn̄tem. non. n. pp̄ ſciam vel artem dicit̄ hō bo
nus. ergo intellectus non eſt ſubiectu3 virtutis. ¶ Sed ɔ̄
eſt q̄ mens maxime dr̄ intellectus: ſubiectu3 aūt virtutis
eſt mēs: vt p3 ex diffinitione virtutis ſupra inducta. ergo ī
tellectus eſt ſubiectum virtutis. ¶ Rñ° dōm: q̄ ſicut ſu
pra dcm̄ eſt: virtus eſt habitus quo aliqs bene vtitur. Du
pl'r aūt habitus aliquis ordinat̄ ad bonum actum. Uno
modo inquantum per hmōi habitum acquirit̄ homini fa
cultas ad bonu3 actum: ſicut per habitum grāmatice hab3
homo facultatem recte loquendi: non tamē grāmatica fa/
cit: vt homo ſemper recte loquat̄: pōt. n. grāmaticus bar
bariȝare: aut ſoloeciſmū facere. ⁊ eadē rō eſt in alijs ſcien
tijs ⁊ artibus. Alio modo aliquis habitus nō ſolum facit
facultatem agendi. ſed etia3 facit q̄ aliquis recte facultate
vtat̄: ſicut iuſtitia nō ſolu3 facit q̄ homo ſit prompte volū
tatis ad iuſta operandum: ſed etiā facit vt iuſte operetur.
Et q̄: bonū ſicut ⁊ ens non dr̄ ſimpl'r aliqd ſm id qd̄ eſt ī
potentia: ſ3 ſ3 id qd̄ eſt in actu: ideo ab hmōi habitib⁹ ſim
pl'r dr̄ homo bonū operari: ⁊ eſſe bonus: puta q̄: eſt iuſt⁹
vel temperatus: ⁊ eade3 rō eſt de ſimilibus. Et q̄: virtus
eſt que bonum facit habentem ⁊ opus eius bonū reddit
hmōi habitus ſimpl'r dr̄r virtutes. q̄: reddūt bonū opus
in actu ⁊ ſimpl'r faciunt bonum habentem. Primi vero
habitus non ſimpl'r dr̄r virtutes. q̄: non reddunt bonu3
opus: niſi in quadam facultate. nec ſimpl'r faciunt bonum
habēte3: non. n. dr̄ ſimpl'r aliquis homo bonus ex hoc q̄
eſt ſciens vel artifex: ſed dr̄ bonus ſolu3 ſm quid: puta bo
nus grammaticus: aut bon⁹ faber: ⁊ pp̄ hoc pleruq3 ſcia
⁊ ars ɔ̄ virtutem diuidit̄: quandoq3 autem virtutes dr̄r:
vt p3 in .6. ethicorum. Subiectum igit̄ habitus q̄ ſm qd
dr̄ virtus poteſt eſſe intellectus: non ſolum practicus. ſed
etiam intellectus ſpeculatiuus: abſq3 omni ordine ad vo/
luntatem: ſic. n. philoſophus in .6. ethicorum: ſcientiam: ſa
pientiam: ⁊ intellectum: ⁊ etiam artem ponit eſſe intelle/
ctuales virtutes. Subiectu3 vero habitus qui ſimpl'r dr̄
virtus non poteſt eſſe niſi voluntas: vel aliqua potentia ſe
cundum q̄ eſt mota a voluntate: cuius rō. eſt q̄: volūtas
mouet omnes potētias que aliq̄liter ſunt rōnales ad ſuos
actus: vt ſupra habitū eſt. ⁊ iō q̄ hō actu bn̄ agat: ꝯtingit
ex hoc q̄ hō h3 bonā voluntatē: vnde virtus q̄ bene facit
agere in actu: nō ſolū in facultate: oȝ q̄ vel ſit in ipſa volun
tate vel in aliq̄ potētia ſm q̄ eſt a volūtate mota: contingit
aūt intellectum a voluntate moueri: ſicut ⁊ alias potētias.
conſiderat. n. aliqs aliqd actu: eo q̄ vult. ⁊ iō ītellectus ſ3
q̄ h3 ordinem ad voluntatē: pōt eē ſubm virtutis ſimpl'r
dicte: ⁊ hoc mō intellectus ſpeculatiu⁹ vel rō ē ſubm fidei
mouet̄. n. ītellect⁹ ad eſſentiēdum his q̄ ſunt fidei ex ipio
volūtatis: nullus. n. credit niſi volēs: ītellect⁹ v̄o practicus
ē ſubm prudētie. cum. n. prudētia ſit recta rō agibilium: re
quirit̄ ad prudētiam q̄ homo ſe bn̄ habeat ad pncipia hu
ius rōnis agēdorū: q̄ ſūt fines ad quos bn̄ ſe h3 homo p re
ctitudinē volūtatis ſic ad principia ſpeculabiliū per nāle lu
mē intellectus agētis. Et iō ſic ſub3 ſcie q̄ ē rō recta ſpecu/
labilium ē ītellectus ſpeculatiuus in ordine ad ītellectum
agētem: ita ſubm prudētie eſt ītellectus practi⁹ ī ordine ad
volūtatem rectā. ¶ Ad p̄mū ergo dō3: q̄ verbū Aug. in
telligēdum eſt d̄ v̄tute ſimpl'r dicta: nō q̄ omnis talis vt⁹
ſit ſimpl'r amor: ſ3 q̄: depēdet aliqualr̄ ab amore inquātū
depēdet a volūtate: cui⁹ prima affectio eſt amor: vt ſupra
dcm̄ eſt. ¶ Ad ſcd̄3 dō3: q̄ bonum vniuſcuiuſq3 eſt finis
eius. ⁊ iō cum veꝝ ſit finis ītellectus: cognoſcere verum ē
bonus actus ītellectus: vñ habitus pficiēs ītellectum ad
verum cognoſcēdum: vel in ſpeculatiuis: vel in practicis.
dr̄ virtus. ¶ Ad 3m dōm: q̄ ratio illa procedit de virtute
ſimpliciter dicta.

Ad quartū ſic ꝓcedit̄. Videt̄ q̄ iraſcibilis ⁊
ꝯcupiſcibilis nō poſſint eſſe ſubie
ctu3 virtutis. Hmōi. n. vires ſunt cōes nobis ⁊ brutis: ſ3
nūc loquimur de virtute ſm q̄ eſt ꝓpria homini: ſic. n. dr̄
virtus humana: nō igit̄ humane virtutis pōt eē ſubm ira/
ſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis: que ſunt partes appetit⁹ ſenſitiui
vt ī primo dcm̄ eſt. ¶ P̄. Appetitus ſenſitiu⁹ eſt vis vtēs
organo corporali: ſed bonum v̄tutis non pōt eē in corpore
hoīs. Dic̄. n. apoſtolus Ro. 7. Scio q̄ nō habitat ī carne
mea bonū. ergo appetitus ſenſitiu⁹ nō pōt eſſe ſubiectum
virtutis. ¶ P̄. Aug. ꝓbat in libro de moribus eccleſie: q̄
virtus nō eſt in corpore: ſ3 ī anima: eo q̄ per aïam corp⁹
regit̄. vñ q̄ aliqs corpore bene vtat̄ totum refert̄ ad ani/
ma. ſicut ſi mihi auriga obtemperans equos q̄bus p̄eſt re
cte regit: hoc totum mihi debet̄: ſ3 ſic anima regit corpus
ita etiam rō regit appetitum ſenſitiuu3. ergo totum rōnali
parti debetur q̄ iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis recte regant̄:
ſ3 virtus eſt q̄ recte viuit̄: vt ſupra dcm̄ eſt: v̄tus igit̄ non
ē ī iraſcibili ⁊ ꝯcupiſcibili: ſ3 ſolum in parte rōnali. ¶ P̄.
Principalis actus uirtutis moralis eſt electio: vt dr̄ in .8.
ethicoꝝ: ſ3 electio nō eſt actus iraſcibilis: ſ3 rōnis: vt ſupra
dcm̄ eſt. ergo v̄tus moralis nō eſt in iraſcibili ⁊ concupiſci
bili: ſ3 in rōne. ¶ Sz ɔ̄ eſt q̄ fortitudo ponit̄ eſſe ī iraſcibi
li: temperātia aūt in ꝯcupiſcibili: vñ phs dicit in .3. ethico/
rum q̄ he uirtutes ſunt irrōnabilium partium. ¶ Rñ°
dōm: q̄ iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis dupl'r conſiderari pn̄t.

Uno modo ſm ſe inquantuꝫ ſunt partes appetitus ſenſitiui. ⁊ hoc mō nō competit eis ꝙ ſint ſubm virtutis. Alio mō pñt ꝯſiderari inq̄ꝛtum participant rōnem: per hoc ꝙ nate ſunt rōni obedire: ⁊ ſic iraſcibilis vel ꝯcupiſcibilis poteſt eſſe ſubiectum virtutis humane. ſic.n.ē principiuꝫ humani actus. inq̄ꝛtuꝫ participat rōnem: ⁊ in his potētijs neceſſe eſt ponere virtutes: ꝙ.n. in iraſcibili ⁊ concupiſcibili ſint alique virtutes pꝫ: actus.n. qui progredit̄ ab vna potentia ſm ꝙ eſt ab alia mota: non poteſt eſſe perfectus niſi vtraqꝫ potētia ſit bene diſpoſita ad actū: ſicut actus artificiſ non pōt eſſe congruus: niſi ēt artifex ſit bene diſpoſitus ad agēdum: ⁊ etiam ipm iſtrumētuꝫ. In his igit̄ circa q̄ operat̄ iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis ſm ꝙ ſunt a rōne mote: neceſſe eſt vt aliqs habitus ꝑficiens ad bñ agendum ſit non ſolum in rōne. ſꝫ etiam in iraſcibili ⁊ concupiſcibili. Et q: bona diſpō potētie mouentis mote attendit̄ ſm ꝯformitatem ad potētiam mouētē. ⁊ iō v̄tus q̄ eſt in iraſcibili ⁊ cōcupiſcibili nihil aliud eſt q̄ꝫ q̄dam habitualis conformitas iſtarum potentiarum ad rōnem. ¶ Ad primū ergo dōꝫ: ꝙ iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis ſm ſe ꝯſiderate: ꝑut ſunt partes appetitus ſenſitiui communes ſūt nobis ⁊ brutis: ſꝫ ſecundū ꝙ ſunt rōnales per participationem vt obedientes rōni. ſic ſunt ꝓprie hominis: ⁊ hoc modo pñt eē ſubiectū v̄tutis humane. ¶ Ad ſcd̄ꝫ dōꝫ: ꝙ ſicut caro hominis ex ſe q̄dem non hꝫ bonum v̄tutis. ſit tñ inſtrumentuꝫ virtuoſi actus inquantum mouēte rōne membra noſtra exhibemus ad ſeruiēdum iuſtitie. Ita etiam iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis ex ſe q̄dem nō habēt bonum v̄tutis: ſꝫ magis īfectionem fomitis: īquātum vero ꝯformāt̄ rōni: ſic in eis aggenerat̄ bonum virtutis moralis. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ alia rōne regitur corpus ab anima ⁊ iraſcibilis ⁊ cōcupiſcibilis a rōne: corpus.n. ad nutum obedit anime abſqꝫ ꝯdictione: in his in q̄bus natum eſt ab anima moueri. vñ phs dicit ī primo politicorum: ꝙ anima regit corpus deſpotico principatu.i. ſicut dñs ſeruuꝫ. ⁊ iō totus motus corporis refert̄ ad animam: ⁊ ꝓp hoc in corpore non eſt virtus: ſed ſolum in anima: ſꝫ iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis non obediūt ad nutum rōni: ſꝫ habent proprios motus ſuos quibus interduꝫ rōni repugnāt: vñ in eodem libro phs dicit: ꝙ ratio regit iraſcibilem ⁊ ꝯcupiſcibilem principatu politico: quo.ſ. reguntur liberi qui habent in aliquibus propriam volūtatem: ⁊ ꝓp hoc etiam oꝫ in iraſcibili ⁊ ꝯcupiſcibili eſſe aliquas virtutes q̄bus bene diſponant̄ ad actum. ¶ Ad quartum dicēdum: ꝙ in electione duo ſunt.ſ. intentio finis que ꝑtinet ad virtutem moralem: ⁊ preacceptio eius qd̄ eſt ad finem qd̄ pertinet ad prudētiam: vt dr̄ in.6.ethicorum: ꝙ anteꝫ hꝫ rectam intentionē finis circa paſſiones anime. hoc contingit ex bona diſpoſitione iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis. ⁊ iō virtutes morales circa paſſiones ſunt in iraſcibili ⁊ concupiſcibili: ſed prudentia eſt in ratione.

**Ad quintū** ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ in virib' ſenſitiuis apꝑhenſiuis iteri' poſſit eſſe aliqua virtus. Appetitus.n. ſenſitiuus pōt eſſe ſubiectum v̄tutis īquātuꝫ obedit rationi: ſed virtutes ſenſitiue apprehenſiue interius rōni obediunt. ad imperium.n. rationis operat̄ ⁊ imaginatiua: ⁊ cogitatiua: ⁊ memoratiua. ergo ī his viribus poteſt eē virtus. ¶ P̄. Sicut appetitus rationalis q̄ eſt volūtas in ſuo actu poteſt īpediri vel ēt adiuuari per appetitum ſenſitiuuꝫ: ita etiam intellectus vel ratio poteſt impediri: vel etiaꝫ iuuari per vires ꝑdictas: ſicut ergo in viribus ſenſitiuis appetitiuis poteſt eſſe virtus: ita ēt in apprehenſiuis. ¶ P̄. Prudētia eſt quedā virtus: cuius partem ponit Tullius memoriaꝫ in ſua rhetorica. ergo ēt in vi memoratiua poteſt eſſe aliqua virtus: ⁊ eadem rōne in alijs interioribus apprehenſiuis viribus. ¶ Sꝫ ꝯ͂ eſt ꝙ omnes virtutes vel ſunt intellectuales: vel morales vt dicitur in.2.ethicorum: morales autem virtutes omnes ſūt in parte appetitiua: itellectuales autem in intellectu vel ratione: ſicut pꝫ in.6.ethicoꝝ. nulla ergo virtus eſt in virib' ſenſitiuis apprehenſiuis interius. ¶ Rn° dōm: ꝙ in viribus ſenſitiuis apprehenſiuis interius ponunt̄ aliqui habitus: qd̄ pꝫ ex hoc precipue qd̄ phs dicit in libro de memoria ꝙ in memorando vnuꝫ poſt aliud operat̄ conſuetudo que eſt quaſi quedam nā: nihil āt eſt aliud habitus ꝯſuetudinalis q̄ꝫ habitudo acquiſita per cōſuetudinē q̄ ē in modū vel in motum nāe. Unde de virtute dicit Tulli' in ſua rhetorica: ꝙ ē habitus in modū nāe rōni cōſentaneus: in hoīe tñ id qd̄ ex ꝯſuetudine acquirit̄: ī memoria ⁊ in alijs viribus ſenſitiuis apꝑhenſiuis nō ē habitus ꝑ ſe: ſꝫ aliqd annexū habitibus intellectiue partis: vt ſupra dcm̄ eſt: ſed tñ ſi qui ſunt habitus in talibus viribus: virtutes dici non pñt: virtus.n. ē habitus ꝑfectus: quo nō ꝯtingit niſi bonū opari: vñ oꝫ ꝙ virtus ſit in illa potentia q̄ eſt ꝯſumatiua boni operis: cognitio aūt veri nō cōſumat̄ in viribus ſenſitiuis: apꝑhenſiuis: ſꝫ hmōi vires ſunt quaſi ꝑparatorie ad cognitionē intellectiuam: ⁊ iō in hmōi viribus nō ſunt virtutes quibus cognoſcit̄ verum: ſed magis in intellectu vl̄ rōne. ¶ Ad pimū g° dōꝫ: ꝙ appetitus ſenſitiuus ſe hꝫ ad volūtatē: qui ē appetitus rōnis ſicut mot' ab eo. ⁊ iō op' appetitiue virtutis ꝯſumat̄ in appetitu ſenſitiuo: ⁊ ꝓp hoc appetitus ſenſitiuus eſt ſubm virtutis: virtutes aūt ſenſitiue apprehenſiue magis ſe hñt. vt mouentes reſpectu itellectus: eo ꝙ fantaſmata ſe hñt ad aīam intellectiuā. ſicut colores ad viſum. vt dr̄ in.3.de aīa. ⁊ iō opus cognitiōis in intellectu terminat̄. ⁊ ꝓp hoc virtutes cognoſcitiue ſunt in ipſo intellectu vel rōne. Et ꝑ hoc pꝫ ſolō ad ſcōm. ¶ Ad 3m dōm: ꝙ memoria non ponit̄ pars prudētie ſicut ſpēs eſt pars generis: quaſi ipſa memoria ſit quedam virtus ꝑ ſe. ſed q: vnum eoꝝ qui requiruntur ad prudentiam ē bonitas memorie: vt ſic quodammodo ſe habeat per modum partis integralis.

**Ad ſextum** ſic ꝓcedit̄. Videt̄ ꝙ volūtas nō ſit ſubiectum alicuius virtutis. Ad id.n. qd̄ ꝯuenit potētie ex ipſa rōne potētie nō requirit̄ aliqſ habitus: ſꝫ de ipſa rōne volūtatis cuꝫ ſit in rōne ſcd̄m phꝫ in.3.de anima: eſt ꝙ tēdat in id qd̄ eſt bonum ſm rōneꝫ: ad qd̄ ordinat̄ omnis virtus. q: vnumqdq̄ꝫ nāliter appetit ꝓprium bonum. virtus.n. eſt habitus ꝑ modū nāe cōſentaneus rōni. vt Tulli' dicit in ſua rhetorica. ergo volūtas nō eſt ſubm v̄tutis. ¶ P̄. Oīs virt' aut ē intellectualiſ aut moralis: vt dr̄ in pmo ⁊ ſcd̄o ethicoruꝫ: ſed virt' itellectualis eſt ſic̄ in ſubiecto in itellectu ⁊ rōne: nō āt in voluntate: v̄tus aūt moralis eſt ſic̄ in ſubō in iraſcibili ⁊ cōcupiſcibili. q̄ ſunt irrōnales ꝑ participationem. ergo nulla virt' eſt in volūtate ſic̄ in ſubō. ¶ P̄. Omnes act' humani ad quos v̄tutes ordināt̄ ſunt volūtarij: ſi igr̄ reſpectu aliquorū humanoꝝ actuuꝫ ſit aliqua v̄tus in volūtate: pari rōne reſpectu oīuꝫ actuum humanoꝝ erit virt' in volūtate. aut ergo in nulla alia potentia erit aliqua virt': aut ad eūdem actum ordinabunt̄ due virtutes: quod vr̄ inconueniens: volūtas ergo non pōt eſſe ſubm virtutis. ¶ Sed ꝯ͂ eſt ꝙ maior ꝑfectio requirit̄ in mouente q̄ꝫ in moto: ſꝫ voluntas mouet iraſcibilem ⁊ ꝯcupiſcibilem: multo ergo magis dꝫ eē virt' in voluntate q̄ꝫ in iraſcibili ⁊ ꝯcupiſcibili. ¶ Rn° dōꝫ: ꝙ cū ꝑ habitū perficiat̄ potētia ad agēdū: ibi indiget potētia habitu perficiente ad bñ agēdum: qui q̄dem habitus eſt v̄tus vbi ad hoc nō ſufficit ꝓpria rō potētie: omnis aūt potentie ꝓpria rō attendit̄ in ordine ad obm: vnde cū ſicut dcm̄ ē: obm volūtatis ſit bonuꝫ rōnis volūtati ꝓportionatum: quātum ad hoc nō indiget volūtas v̄tute perficiente: ſed ſi qd̄ bonū immineat homini volēdum qd̄ excedat ꝓportionem volētis: ſiue quātum ad totam ſpēm humanam: ſic̄ bonum diuinum qd̄ trāſcendit limites humane nāe: ſiue quātum ad indiuiduuꝫ: ſic̄ bonum ꝓximi: ibi volūtas indiget v̄tute. ⁊ ideo hmōi v̄tutes q̄ ordināt affectum hominis in deum vel in ꝓximum: ſunt in voluntate ſic̄ in ſubō: vt caritas: iuſtitia: ⁊ hmōi. ¶ Ad primū ergo dōm: ꝙ rō illa hꝫ locum de v̄tute que ordinat ad bonum ꝓprium ipſius volentis. ſicut temperātia ⁊ fortitudo q̄ ſunt circa paſſiōes humanas. ⁊ alia huiuſmodi: vt ex dictis pꝫ. ¶ Ad ſcōm dōꝫ: ꝙ rōnale per participationem nō ſoluꝫ eſt iraſcibilis ⁊ ꝯcupiſcibilis. ſed omnino.i. vl̄r appetitiuū. vt dr̄ in primo ethi. ſub appetitiuo aūt comꝑhendit̄ volūtas. ⁊ ideo ſiqua virtus eſt in volūtate: erit moralis niſi ſit

theologica: vt infra patebit. ¶ Ad tertiū dōm: ꝙ quedā
virtutes ordinā̄t ad bonum paſſionis moderate qd̄ eſt ꝓ
priū huius vel illius hoīs: ⁊ in talibus nō eſt neceſſariū
ꝙ ſit aliqua virtus in volūtate cū ad hoc ſufficiat nā̄ poten
tie vt dcm̄ eſt: ſed hoc ſolum neceſſarium eſt in illis virtu/
tibus que ordinant ad aliqd̄ bonum extrinſecum.

¶ Queſtio. lvij.

**Einde** cōſiderādū eſt de diſtin/
ctiōe ꝟtutū. Et p̄mo q̄ꝫ/
tum ad ꝟtutes itellectuales. Scḋo q̄ꝫ/
tum ad morales. Tertio q̄tū ad theo
logicas. ¶ Circa primum queruntˀ ſex.
Primo vtrum habitus intellectuales
ſpeculatiui ſint ꝟtutes. Scḋo vtꝝ ſint
tres. ſ. ſapiētia: ſcia. ⁊ itellectus. Tertio vtrū habitus in
tellectualis qui eſt ars ſit ꝟtus. Quarto vtrum prudētia
ſit virtˀ diſtincta ab arte. Quinto vtrum prudētia ſit vir/
tus neceſſaria homini. Sexto vtꝝ eubolia: ſineſis: ⁊ gno
min ſint virtutes adiuncte prudentie.

**Ad primū** ſic ꝓcedit. Vr ꝙ habitˀ intellectua
les ſpeculatiui n̄ ſint virtutes. virtˀ
.n. eſt habitus operatiuus. vt ſupra dcm̄ eſt: ſꝫ habitus ſpe/
culatiui nō ſunt operatiui: diſtinguit .n. ſpeculatiuū a pra/
ctico. i. operatiuo: ergo habitˀ intellectuales ſpeculatiui non
ſunt ꝟtutes. ¶ Pꝫ. Virtus eſt eoꝝ per que fit hō felix: ſiue
beatˀ. eo ꝙ felicitas eſt ꝟtutis p̄miū: vt dr̄ in p̄mo ethico
rum: ſed habitˀ itellectuales nō ꝯſiderant actˀ humanos:
aut alia bona humana ꝑ que homo beatitudinē adipiſcit:
ſed magis res nāles ⁊ diuinas. ergo hmōi habitˀ virtutes
dici nō pn̄t. ¶ Pꝫ. Scia eſt habitˀ ſpeculatiuˀ. ſꝫ ſcia ⁊ vir
danatiōis originalis peccati: ſic ē ĩ īfidelibꝰ: ⁊ hꝰ ēt mō itel
ligēdū ē dcm̄ anſelmi. Unde pꝫ ſolutio ad ſcdꝫ. ¶ Ad ter/
tiū dōm: ꝙ illud debitū nō ɔcupiſcēdi erat per originalem
iuſtitiaꝫ. vnde id qḋ opponitur: tali debito nō pertinet ad
peccatum actuale: ſed ad peccatum originale.

**Ad ſextū** ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ peccatū veniale poſ/
ſit eſſe ĩ aliquo cū ſolo originali. Diſpo
ſitio. n. precedit habitū: ſed veniale eſt diſpoſitio ad morta/
le: ut ſupra dictum eſt. ergo veniale ĩ īfideli cui nō remittit̃
originale inueniet̃ ante mortale. ⁊ ſic quādoqꝫ infideles ha/
bent peccata venialia cū originali ſine mortalibus. ¶ Ꝓ.
Minus hꝫ de cōnexione ⁊ ɔueniētia veniale cū mortali:
q̄ꝫ mortale peccatū cū mortali: ſꝫ infidelis ſubiectus origi/
nali peccato pōt cōmittere vnū pctm̄ mortale ⁊ non aliud.
ergo pōt cōmittere peccatū veniale: ⁊ nō mortale. ¶ Ꝓ.
Determinari poteſt tempus in quo puer primo pōt eſſe
actor peccati actualis: ad qḋ tēpus cū ꝑuenerit pōt ad mi/
nus per aliqḋ breue ſpaciū ſtare q̄n peccet mortaliter. q:
hoc ēt in maximis ſceleratis ɔtingit. In illo aūt ſpacio: quā
tūcūqꝫ breui pōt peccare venialr̃. ergo peccatū veniale po
teſt eſſe in aliquo cū originali pctō abſqꝫ mortali. ¶ Sꝫ ɔ̄ ē
q: pro peccato origiali puniūt̃ hoīes ĩ limbo puerorꝫ: vbi
nō ē pena ſenſus: ut infra dicet̃. In īferno aūt detrudūtur
homines ꝑꝑ ſolū peccatū mortale. ergo nō erit locus in q̄
poſſit puniri ille q hꝫ pctm̄ veniale cū origiali ſolo. ¶ Rñ°
dicendum: ꝙ īpoſſibile eſt ꝙ pctm̄ veniale ſit ĩ aliquo cuꝫ
originali pctō abſqꝫ mortali. Cuiꝰ rō ē. q: anteq̄ꝫ ad annos
diſcretiōis ꝑueniat: defectꝰ etatis ꝓhibēs vſum rōnis ex/
cuſat eū a pctō mortali: vñ multomagis excuſat eū a pctō
veniali ſi cōmittat aliqd quod ſit ex genere ſuo tale cuꝫ vō
vſuꝫ rōnis habere īceperit: nō oīno excuſatur a culpa veni
alis ⁊ mortalis peccati: ſed pmū qḋ tūc homini cogitādū
occurrit eſt deliberare de ſeipſo. ⁊ ſi q̄dē ſeipſuꝫ ordinaue
rit ad debitū finē: ꝑ gratiā ɔſequet̃ remiſſionem originalis
peccati. Si vō nō ordinet ſeipſꝫ ad debitū finē ſm̄ ꝙ in illa
etate eſt capax diſcretiōis: peccabit mortalr̃ non faciēs qḋ
in ſe eſt: ⁊ ex tūc non erit in eo peccatum veniale ſine mor/
tali. niſi poſtq̄ꝫ totum fuerit ſibi per gratiam remiſſum.
¶ Ad pᵐ g° dōꝫ: ꝙ veniale non eſt diſpoſitio ex neceſſita/
te precedens mortale: ſed contingenter: ſicut quādoqꝫ la/
bor diſponit ad febrē: nō aūt ſicut calor diſponit ad formā
ignis. ¶ Ad 2ᵐ dōm: ꝙ nō īpedit̃ pctm̄ veniale eē ſimul
cum ſolo originali ꝑꝑ diſtātiā eiꝰ: ul̃ ɔueniētiā: ſꝫ ꝑꝑ defe
ctū vſus rōnis: ut dictū eſt. ¶ Ad 3ᵐ dōm: ꝙ ab alijs pec
catis mortalibꝰ pōt puer īcipiēs hr̃e vſuꝫ rōnis ꝑ aliqḋ
tēpus abſtinere: ſꝫ a peccato omiſſiōis p̄dicte ñ liberat̃ niſi
q̄cito pōt ſe ɔuertat ad deū. Primū. n. qḋ occurrit homi
ni diſcretionē habēti ē ꝙ de ſeipſo cogitet ad quē alia ordi/
net ſicut ad finē. finis. n. ē prior ĩ itētiōe. ⁊ iō hoc ē tēpus ꝑ
quo obligat̃ ex dei p̄cepto affirmatiuo: quo dominꝰ dicit.
Conuertimini ad me ⁊ ego ɔuertar ad vos. zacharie pmo.

¶ Queſtio xc.

**Conſequēter** ɔſiderādū ē d
ꝑncipijs exte
riorbꝰ actuū. Principiū anteꝫ exteriꝰ ad
malū īclinās ē diabolꝰ. de cuiꝰ tētatiōe in
pmo dcm̄ ē. Principiū aūt exterius mo
uēs ad bonū ē deꝰ. q ⁊ nos inſtruit ꝑ le/
gem: ⁊ iuuat per gratiam. Unde primo
de lege. ſecūdo de gratia dōm eſt. ¶ Circa legē aūt pmo
oportet conſiderare de ipſa lege ĩ cōi. Secundo de parti
bus eius. ¶ Circa legem autem in cōi tria occurrunt con/
ſideranda. Primo quidem de eſſentia ipſius. Secūdo
de differentia legum. Tertio de effectibus legis. ¶ Cir/
ca primum queruntur quattuor. Primo vtrum lex ſit ali/
quid rationis. Secundo de fine legis. Tertio de cauſa
eius. Quarto de promulgatione ipſius.

**Ad primum** ſic ꝓcedit̃. Vr̃ ꝙ lex nō ſit ali/
quid rōnis. Dicit. n. aplus ad
Ro. 7. Uideo aliā legē ĩ mēbris meis ⁊ c̄. ſꝫ nihil qḋ ē rō/
nis ē ĩ mēbris: q: rō nō vtit̃ organo corporali: ergo lex nō
eſt aliquid rōnis. ¶ Ꝓ. In rōne nō eſt niſi potētia habitus
⁊ actus: ſed lex ñ eſt ipſa potētia ratiōis. Similiter etiam
nō eſt aliquis habitus ratiōis: q: habitus ratiōis ſunt virtu
tes itellectuales: de quibus ſupra dictum eſt: nec etiā actꝰ
ratiōis eſt: q: ceſſante ratiōis actu lex ceſſaret: puta ĩ dormi
entibus. ergo lex nō eſt aliquid ratiōis. ¶ Ꝓ. Lex mouet
eos qui ſubijciūtur legi ad recte agēdum: ſed mouere ad
agēdum proprie pertinet ad volūtateꝫ. ut pꝫ ex premiſſis.
ergo lex ñ ꝑtinet ad ratiōeꝫ: ſed magis ad volūtatem: ſcdꝫ
ꝙ etiam iuriſperitus dicit. Quod placuit principi legis ha/

bet vigorẽ. ¶ Sȝ ↄ̃ eſt ꝙ ad legem pertinet precipere ⁊
ꝓhibere: ſed imperare eſt rõnis: ſupra habitũ eſt. g° lex
eſt aliqd rõnis. ¶ R̃n̄°. dõm: ꝙ lex q̃dã regula eſt ⁊ mẽ/
ſura actuũ ſm quã iducit̃ aliqs ad agendũ: uel ab agẽdo
retrahit̃. Dr̃. n. lex a ligãdo. q: obligat ad agẽdum. regu/
la aũt ⁊ mẽſura humanoꝝ actuum eſt ratio q̃ eſt pncipiuȝ
pmum actuũ humanoꝝ: ut ex pdictis pȝ. Rationis. n. eſt
ordinare ad finẽ q eſt pmũ pncipiũ i agendis ſcd̃ȝ phum.
In vnoquoq aũt genere id quod eſt pncipium eſt men/
ſura ⁊ regula illius generis: ſicut vnitas i genere numeri:
⁊ motus pm° i gñe motuũ. vnde relinquitur ꝙ lex ſit aliqd
pertinens ad rõnem. ¶ Ad pm g° dõȝ: ꝙ cum lex ſit re/
gula q̃dã ⁊ mẽſura. dr̃ dupl̄r eſſe i aliquo. Uno modo ſi/
cut i mẽſurãte ⁊ gulãte: ⁊ q: hoc eſt propriũ rationis. ideo
per hunc modũ lex eſt i rõne ſola. alio modo ſicut i regu/
lato ⁊ menſurato: ⁊ ſic lex eſt i omnibus que inclinãtur in
aliquid ex aliqua lege: ita ꝙ quelibet inclinatio proueniens
ex aliqua lege poteſt dici lex nõ eſſentialiter: ſed quaſi par/
ticipatiue. ⁊ hoc modo inclinatio ipſa membrorum ad cõ/
cupiſcendum lex membroruȝ vocatur. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ
ſicut i actibus exterioribus eſt conſiderare operationem ⁊
operatum: puta edificationem ⁊ edificatuȝ. ita i operibus
rõnis eſt cõſiderare ipſuȝ actum rationis q eſt intelligere
⁊ rõcinari. ⁊ aliqd per huiuſmodi actũ cõſtitutũ. quod q/
dem i ſpeculatiua ratione primo qdẽ eſt diffinitio. Secũ/
do enunciatio. Tertio vero ſyllogiſmus vel argumẽtatio.
⁊ q: ratio etiã practica vtitur quodã ſyllogiſmo i operabi
libus: ut ſupra habitũ eſt. ſecũdũ ꝙ philoſophus docet in
.7. ethicoꝝ: ideo eſt inuenire aliqd i rõne practica quod ita
ſe habeat ad operationes ſicut ſe habet propoſitõ i ratione
ſpeculatiua ad ↄcluſiones. ⁊ huiuſmodi propoſitiões vni/
uerſales rõnis practice ordinate ad actiões habẽt rõnem le
gis q qdẽ ꝓpoſitiões aliquãdo actualiter ↄſiderãtur: aliqñ
vo habitualiter a rõne tenẽtur. ¶ Ad 3m dõȝ: ꝙ ratio habet
vim mouendi a voluntate: ut ſupra dictum eſt. Ex hoc. n.
ꝙ aliquis vult finẽ ratio imperat de his que ſunt ad finẽ:
ſed voluntas de his que imperantur ad hoc ꝙ legis ratio
nem habeat: oportet ꝙ ſit aliqua rõne regulata. ⁊ hoc mo
do intelligitur ꝙ uoluntas pncipis habet vigorẽ legis. alio
quin uolũtas pncipis magis eſſet iniquitas q̃ lex.

**Ad ſecundũ** ſic ꝓcedit̃. Ur̃ ꝙ lex nõ ordi
netur ſemper ad bonũ cõe ſi
cut ad finẽȝ. ad legeȝ. n. pertinet recipere ⁊ prohibere. ſed
precepta ordinãtur ad quedã ſingularia bõa. nõ ergo ſem
per finis legis eſt bonũ cõe. ¶ P̃. Lex dirigit hoiem ad
agẽdũ: ſed actus humani ſunt i particularibus: ergo ⁊ lex
ad aliquod particulare bonũ ordinat̃. ¶ P̃. Iſidorus di/
cit i libro ethimologiaꝝ: Si rõne lex ↄſtat lex erit oẽ quod
rõne ↄſtiterit: ſȝ rõne ↄſiſtit ñ ſolũ qd̃ ordinat̃ ad bonũ cõ/
mune: ſȝ ẽt qd̃ ordinat̃ ad puatũ bonũ vni°. ¶ Sed ↄ̃ eſt
qd̃ Iſidorus dic̃ i. 3. ethimologiaꝝ ꝙ lex ẽ nullo puato cõ
modo: ſed pro cõi vtilitate ciuiũ ↄſcripta. ¶ R̃n̄°. dõȝ: ꝙ
ſicut dictũ ẽ: lex ꝑtinet ad id qd̃ ẽ pncipiũ humanoꝝ actuũ
ex eo ꝙ eſt regula ⁊ mẽſura. Sicut aũt rõ eſt pncipiũ hu/
manoꝝ actuũ: ita etiam in ipſa ratione eſt aliquid quod eſt
principiũ reſpectu oĩum alioꝝ. vnde ad hoc oȝ ꝙ principa
liter ⁊ maxime pertineat lex: pmũ aũt pncipiũ i opatiuis:
quoꝝ eſt ratio practica ẽ finis vltimus. Eſt aũt vltimus fi
nis humane vite felicitas uel beatitudo: ut ſupra habitum
eſt. vnde oportet ꝙ lex maxime reſpiciat ordinẽ q eſt i bea
titudine rurſus cũ ois pars ordinetur ad totuȝ ſicut imper
fectum ad perfectũ: vnus aũt homo eſt pars cõitatis per
fecte: neceſſe eſt ꝙ lex ꝓprie reſpiciat ordinẽ ad felicitatem
cõem: vnde ⁊ phs i pmiſſa diffinitiõe legatũ mẽtionẽ fac̃:
⁊ d̃ felicitate ⁊ cõmuniõe politica. Dic̃. n. i. 9. ethicoꝝ ꝙ le
galia iuſta dicim° factiua ⁊ ↄſeruatiua felicitatis ⁊ ꝑticula
rũ ipſius politica cõmunicatione. Perfecta. n. cõmunitas
ciuitas eſt: ut dr̃ i pmo politice. In quolibet aũt gñe id qd̃
maxime dr̃ eſt pncipiũ alioꝝ: ⁊ alia dñr ſm ordinẽ ad ip/
ſum: ſicut ignis qui eſt maxie calidus eſt cã caliditatis i cor
poribus mixtis que intãtum dñr calida inquãtum partici
pãt de igne: vñ oȝ ꝙ cũ lex maxie dicat̃ ſm ordinẽ ad bo/
num cõe: quodcũq aliud preceptũ de particulari ope nõ
habet rõnem legis niſi ſȝ ordinẽ ad bonũ cõe: ⁊ ideo oĩs
lex ad bonuȝ cõmune ordinatur. ¶ Ad pm g° dõm: ꝙ p/
ceptũ iportat applicationẽ legis ad ea que ex lege regulãt̃:
ordo aũt ad bonũ cõe q ꝑtinet ad legẽ: ẽ applicabilis ad ſin
gulares fines: ⁊ ſȝ hoc ẽt d̃ particularibus qbuſdã prece/
pta dantur. ¶ Ad 2m dõȝ: ꝙ operationes qdẽ ſunt i perti
cularibus: ſed illa particularia referri poſſunt ad bonũ cõe
nõ qdẽ cõmunitate generis ul' ſpeciei: ſed cõitate cauſe fina
lis ſȝ ꝙ bonũ cõe dr̃ finis cõis. ¶ Ad tertiũ dõȝ: ꝙ ſicut
nihil ↄſtat firmiter ſȝ rõnẽ ſpeculatiuã niſi ꝑ reſolutionem
ad pma pncipia idemõſtrabilia: ita firmit̃ nihil ↄſtat ꝑ rõ
nẽ practicã niſi ꝑ ordinationẽ ad vltimũ finẽ: q ẽ bonũ cõe
qd̃ aũt hoc modo rõne conſtat legis rationeȝ habet.

**Ad tertiuȝ** ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ cuiuſlibȝ rõ
ſit factiua legis. Dic̃. n. aplus ad
Ro. 2. ꝙ cũ gentes q̃ legẽ non habẽt: naturalr̃ ea q̃ legis
ſunt faciunt: ipſi ſibi ſunt lex: hoc aũt cõiter de oĩbus dicit.
ergo qlibet poteſt facere ſibi legẽ. ¶ P̃. Sic̃ philoſophus
dicit i. 2. ethicoꝝ. itẽtio legiſlatoris eſt ut iducat hominẽ ad
virtutẽ: ſed qlibet homo poteſt aliũ iducere ad vtutẽ. ergo
cuiuſlibet hoĩs ratio eſt factiua legis. ¶ P̃. Sicut pnceps
ciuitatis eſt ciuitatis gubernator. ita qlibet paterfamilias ẽ
gubernator domus: ſed princeps ciuitatis poteſt i ciuitate
legẽ facere. ergo qlibet paterfamilias poteſt i ſua domo fa
cere legẽ. ¶ Sȝ ↄ̃ ẽ: ꝙ Iſidorus dicit i libro ethimologia/
rũ: ⁊ habetur i decretis diſ. 2. Lex eſt cõſtitutio populi ſȝ
quã maiores natu ſimul cũ plebibus aliqd ſanxerũt. nõ eſt
ergo cuiuſlibet facere legẽ. ¶ R̃n̄° dõȝ: ꝙ lex proprie pri
mo ⁊ principaliter reſpicit ordinẽ ad bonũ cõe: ordinare aũt
aliqd i bonũ cõe eſt uel totius multitudinis: uel alicuius ge
rentis uicẽ totius multitudinis. ⁊ ideo cõdere legẽ uel per
tinet ad totã multitudinẽ uel pertinet ad ꝑſonã publicaȝ q̃
totius multitudinis curã habet: q: ⁊ i oĩbus alijs ordina/
re i finẽ ẽ eius cui° ẽ ꝓpus ille finis. ¶ Ad pm g° dõm: ꝙ
ſicut ſupra dictũ ẽ: lex eſt i aliquo nõ ſolũ ſicut i regulante:
ſȝ etiã participatiue ſicut i regulato: ⁊ hoc modo unuſqſq
ſibi eſt lex iquãtũ participat ordinẽ alicuius regulãtis: vn/
de ⁊ ibidẽ ſubdit̃. Qui oſtẽdũt op° legis ſcriptũ i cordib°
ſuis. ¶ A 2m dõm: ꝙ perſona priuata nõ poteſt iducere
efficaciter ad vtutẽ: poteſt. n. ſolũ mouere: ſed ſi ſua motio
nõ recipiatur: nõ habet uim coactiuã qua debet habere lex
ad hoc ꝙ efficaciter iducat ad vtutẽ: ut phs dic̃ i. 10. ethico
rũ. hãc aũt vtutẽ coactiuã hȝ multitudo uel ꝑſona publica
ad quã ꝑtinet penas iſligere: ut ĩfra dicet̃. ⁊ ideo ſoli° ẽ ei°
leges facere. ¶ Ad tertiũ dõȝ: ꝙ ſic hõ ẽ ps dom°: ita do/
mus eſt pars ciuitatis: ciuitas aũt ẽ cõitas ꝑfecta: ut dr̃ i p/
mo politice. ⁊ ideo ſicut bonũ uni° hoĩs nõ ẽ ultim° finis:
ſȝ ad cõe bonũ ordinat̃: ita ẽt ⁊ bonũ unius dom° ordinat̃
ad bonũ uni° ciuitatis q̃ ẽ cõitas ꝑfecta: vñ ille q gubernat
aliquaȝ familiã: poteſt qdẽ facere aliqua precepta uel ſtatu
ta. non tamen que proprie habeant rationem legis.

**Ad quartũ** ſic ꝓcedit̃. Uidet̃ ꝙ pmulgatio ñ
ſit de rõne legis. Lex enim natura
lis maxime habet rõnem legis: ſed lex naturalis non indi
get promulgatiõe. ergo nõ eſt de ratione legis ꝙ promul
getur. ¶ P̃. Ad legẽ pertinet proprie obligare ad aliqd fa
ciendũ: uel non faciendũ: ſed non ſolũ obligãtur ad iplẽdũ
legẽ illi corã qbus ꝓmulgat̃ lex: ſȝ etiã alij. ergo ꝓmulga/
tio non eſt de ratione legis. ¶ P̃. Obligatio legis extend
tur etiã i futuꝝ: q: leges futuris negocijs neceſſitatẽ iponũt
ut iura dicũt: ſȝ ꝓmulgatio ſit ad pſentes. g° ꝓmulgatio ñ
eſt de neceſſitate legis. ¶ Sȝ ↄ̃ eſt qd̃ dr̃ i decretis quarta
diſ. ꝙ leges iſtituunt̃ cum promulgantur. ¶ R° dõm: ꝙ
ſicut dictũ eſt: lex imponitur alijs per moduȝ regule ⁊ mẽ
ſure. Regula aũt ⁊ mẽſura iponit̃ ꝑ hoc ꝙ applicatur his
q̃ regulant̃ ⁊ menſurant̃: vnde ad hoc ꝙ lex vtutẽ obligã
di obtineat: qd̃ eſt ꝓpriuȝ legis: oȝ ꝙ applicet̃ hoĩb° q ſm
eã regulari debẽt: talis aũt applicatio ſit ꝑ hoc ꝙ i notitiaȝ
eorũ deducit̃ ex ipſa ꝓmulgatiõe: unde ꝓmulgatio ipſa ne
ceſſaria eſt ad hoc ꝙ lex hẽat ſuã vtuteȝ. Et ſic ex quatuor
pdictis põt colligi diffinitio legis: q̃ nihil eſt aliud q̃ q̃dam

rationis ordinatio ad bonū cõe ab eo qui curã cõitatis hʒ
ꝓmulgatam. ¶ Ad pᷓmū gᵒ dõʒ: ꝙ ꝓmulgatio legis na
ture eſt ex hoc ipſo ꝙ deꝰ eã mẽtibꝰ hominum inſeruit na
turaliter cognoſcẽdã. ¶ Ad 2ᵐ dõm: ꝙ illi corã quibuſ
lex nõ ꝓmulgaṯ: obligãṯ ad legẽ obſeruãdã: inquãtũ i eo
rũ notitiã deuenit ꝑ alios: vel deuenire põt ꝓmulgatione
facta. ¶ Ad 3ᵐ dõʒ: ꝙ promulgatio preſens i futurũ extẽ
ditur per firmitatem ſcripture. que quodammodo ſem/
per eã promulgat: vnde Iſidorus dicit in primo ethimo
logiarum: ꝙ lex a legendo vocata eſt: q: ſcripta eſt.

¶ Queſtio xci.

Einde conſiderãdũ eſt de diuer/ſitate legũ. ¶ Et circa hoc
queruntur ſex. Primo vtrum ſit aliq̃
lex eterna. Scdõ vtrũ ſit aliq̃ lex nãlis
Tertio vtrum ſit aliqua lex humana.
Quarto vtrũ ſit aliq̃ lex diuina. Quin/
to vtrũ ſit vna tantũ uel plures. Sex
to vtrum ſit aliqua lex peccati.

Ad primum ſic ꝓcediṯ. Vr̃ ꝙ nõ ſit aliq̃ lex
eterna. Oĩs. n. lex aliqbꝰ iponiṯ
ſed nõ fuit ab eterno cui aliquas lex poſſit iponi. ſolꝰ enim
deus fuit ab eterno. ergo nulla lex eſt eterna. ¶ P̃. Pro
mulgatio eſt de ratione legis. ſed promulgatio non potuit
eſſe ab eterno: q: nõ erat ab eterno cui ꝓmulgareṯ. gᵒ nul
la lex põt eẽ eterna. ¶ P̃. Lex importat ordinẽ ad finẽ. ſed
nihil eſt eternũ quod ordinetur ad finem: ſolus. n. vltimuſ
finis eſt eternus. ergo nulla lex eſt eterna. ¶ Sʒ ĉ ẽ qd au
guſtinus dicit in pᷓmo de libero arbitrio. Lex que ſumma
rõ nominaṯ nõ põt cuipiã itelligẽti non incõmutabilis eter
naqʒ videri. ¶ Rñ°. dõʒ: ꝙ ſicut ſupra dcm̃ ẽ: nihil ẽ aliud
lex q̃ꝫ dictamen practice rõnis i pncipe q gubernat aliquaʒ
cõitatem perfectam. manifeſtuʒ eſt aũt ſuppoſito ꝙ mũ
dus diuina ꝓuidẽtia regaṯ: ut i pᷓmo hitum eſt: ꝙ tota cõi
tas vniuerſi gubernaṯ rõne diuina. ⁊ iõ ipſa rõ guberna/
tiõis rerum i deo ſicut i pncipe vniuerſitatis exiſtens legis
habet rõnem: ⁊ q: diuina rõ nihil concipit ex tempore: ſʒ
hʒ eternũ cõteptũ: ut dr̃ ꝓuer. 8. idẽ ẽ ꝙ hmõi legeʒ oʒ
dicere eternã. ¶ Ad pᵐ ergo dõm: ꝙ ea q̃ i ſeipſis ñ ſunt
apud deũ exiſtũt iquãtũ ſunt ab ipſo cognita ⁊ preordina/
ta ſm illud Ro. 4. Qui vocat ea q̃ nõ ſunt tãq̃ꝫ ea q̃ ſunt.
ſic igitur eternus diuine legis ꝯceptus hʒ rõnẽ legis eter/
ne ſm ꝙ a deo ordinaṯ ad gubernationẽ rerũ ab ipſo ꝑco/
gnitarũ. ¶ Ad 2ᵐ dõm: ꝙ ꝓmulgatio fit ⁊ verbo: ⁊ ſcripto
⁊ vtroqʒ mõ lex eterna habet ꝓmulgationẽ ex pte dei ꝓ/
mulgãtis. q: ⁊ vbum diuinum eſt eternũ: ⁊ ſcriptura libri
vite eſt eterna: ſed ex pte creature audiẽtis: aut iſpiciẽtis nõ
põt eẽ ꝓmulgatio eterna. ¶ Ad 3ᵐ dõm: ꝙ lex importat
ordinẽ ad finẽ actiue: iquãtũ. ſ. ꝑ eã ordinãṯ aliqua i finem:
nõ aũt paſſiue. i. ꝙ ipſa lex ordineṯ ad finẽ: niſi per accidẽs
in gubernãte. cuius finis eſt extra ipm̃: ad quẽ etiam neceſ
ſe eſt: ut lex eius ordinetur: ſed finis diuine gubernationis
eſt ipſe deus nec eius lex eſt aliud ab ipſo: vnde lex eterna
non ordinatur in alium finem.

Ad ſecũdũ ſic ꝓcediṯ. Vr̃ ꝙ non ſit in nobis
aliqua lex nãlis. Sufficiẽter. n. hõ
gubernaṯ ꝑ legẽ eternã. dic̃. n. Aug. in pᷓmo de li. ar. ꝙ lex
eterna eſt qua iuſtũ eſt vt oĩa ſint ordinatiſſima: ſed nã non
abundat in ſuperfluis: ſicut nec deficit in neceſſarijs. ergo
non eſt hoĩ aliqua lex nãlis. ¶ P̃. Per legẽ ordinaṯ hõ i
ſuis actibus ad finẽ ut ſupra hitũ eſt: ſed ordinatio huma/
norũ actuũ ad finẽ non eſt ꝑ nãm: ſicut accidit in creaturis
irrationabilibꝰ: q̃ ſolo appetitu nãli agũt ꝑꝑ finẽ: ſʒ agit hõ
ꝑꝑ finẽ ꝑ rõnẽ ⁊ volũtatẽ. ergo nõ eſt aliqua lex homini nã
lis. ¶ P̃. Quãto aliqs eſt liberior: tanto minus eſt ſub le/
ge: ſed homo eſt liberior in oĩbus alijs aĩalibꝰ ꝑꝑ liberum
arbitriũ: qd̃ p̄ alijs aĩalibꝰ hʒ: cũ igiṯ alia aĩalia nõ ſubdan
tur legi nãli: nec homo alicui legi nãli ſubdeṯ. ¶ Sʒ ĉ ẽ ꝙ
dr̃ Ro. 2. ſuꝑ illud. Cũ gẽtes q̃ legẽ nõ habẽt: naturaliṙ ea
q̃ legis ſunt faciũt. Dicit glo. ꝙ ſi nõ habẽt legẽ ſcriptã ha/
bẽt tñ legẽ nãlẽ: q̃ qlibʒ itelligit: ⁊ ſibi ꝯſcius ẽ qd ſit bonũ.
⁊ qd malũ. ¶ Rñ° dõʒ: ꝙ ſicut ſupra dcm̃ ẽ: lex cũ ſit re
gula ⁊ mẽſura dupliṙ põt eſſe in aliquo. Vno mõ ſicut i re
gulãte ⁊ mẽſurãte. Alio mõ ſicut in regulato ⁊ mẽſurato:
q: iquãtũ participat aliqd de regula vel mẽſura: ſic regula
tur vel mẽſuraṯ: vñ cũ oĩa q̃ diuine ꝓuidẽtie ſubdũṯ: a le/
ge eterna regulenṯ ⁊ mẽſurenṯ: ut ex dictis pʒ: manifeſtũ
ẽ ꝙ oĩa ꝑticipãt aliqualiṙ legẽ eternã: iquãtũ. ſ. ex ipreſſiõe
eiꝰ habẽt iclinatiões i ꝓprios actꝰ ⁊ fines. Inter cetera aũt
etiã rõnalis creatura excellẽtiori quodãmodo diuine pro/
uidẽtie ſubiacet: iquãtũ ⁊ ipſa ſit ꝓuidẽtie particeps ſibip
ſi: ⁊ alijs ꝓuidẽs vñ ⁊ i ipſa participaṯ rõ eterna: ꝑ quam
hʒ nãlem iclinationẽ ad debitũ actũ ⁊ finẽ. Et talis partici
patio legis eterne in rõnali creatura lex naturalis dr̃. vnde
cũ pſal. dixiſſet. Sacrificate ſacrificiũ iuſtitie quaſi qbuſdã
querẽtibꝰ q̃ ſũt iuſtitie opa ſubiũgit. Multi dicunt qs oſtẽ
det nobis bona. Cui queſtioni reſpõdẽs dicit. Signatuʒ ẽ
ſuper nos lumẽ vultus tui dñe. quaſi lumẽ rationis nãlis q̃
diſcernimus qd ſit bonum: ⁊ qd maluʒ. quod pertinet ad
nãleʒ legẽ: nihil aliud ſit q̃ꝫ ipreſſio diuini luminis i nobis.
vñ pʒ ꝙ lex nãlis nihil aliud ẽ q̃ꝫ participatio legis eterne
in rationali creatura. ¶ Ad pᵐ gᵒ dõʒ: ꝙ ratio illa proce/
deret ſi lex nãlis eſſet aliquid diuerſum a lege eterna. non
autem eſt niſi quedam participatio eius: ut dictum eſt.
¶ Ad 2ᵐ dõm: ꝙ oĩs opatio rõnis ⁊ volũtatis deriuatur
in nobis ab eo qd ẽ ſm nãm: ut ſupra hituʒ ẽ. nã oĩs ratio
cinatio deriuaṯ a pncipijs nãliter notis: ⁊ oĩs appetitꝰ eorũ
q̃ ſũt ad finẽ deriuaṯ a nãli appetitu vltimi finis. ⁊ ſic etiaʒ
oʒ ꝙ pᷓma directio actuũ noſtrorũ ad finẽ fiat ꝑ legẽ nãleʒ.
¶ Ad tertium dõm: ꝙ etiã aĩalia irrationalia participãt ra
tionẽ eternã ſuo modo: ſicut ⁊ rõnalis creatura: ſed q: ra/
tionalis creatura participat eaʒ itellectualiter ⁊ rationaliṙ.
ideo participatio legis eterne i creatura rationali proprie lex
vocatur: nam lex eſt aliqd rationis: ut ſupra dictũ eſt: i crea
tura autem irrationali non participatur rationaliter. vnde
non poteſt dici lex niſi per ſimilitudinem.

Ad tertiũ ſic ꝓcediṯ. Vr̃ ꝙ non ſit aliq̃ lex hu
mana. Lex. n. nãlis eſt participatio
legis eterne: ut dictũ eſt: ſed per legeʒ eternã oĩa ſũt ordia
tiſſima: ut Aug. dicit i pᷓmo de li. ar. ergo lex naturaľ ſuffi/
cit ad oĩa humana ordinãda. non eſt ergo neceſſariũ ꝙ ſit
aliqua lex hũana. ¶ P̃. Lex habet rõnẽ menſure vt dcm̃
eſt: ſed rõ humana nõ ẽ mẽſura rerũ: ſʒ potius ecõuerſo. ut
i. 10. metaphyſice dr̃ ergo ex rõe humana nulla lex ꝓcede
re põt. ¶ P̃. Menſura dʒ eſſe certiſſima. ut dr̃ i. 10. meta
phyſice: ſed dictamen humane rõnis de rebus gerendis ẽ
incertũ. ſm illud Sapientie. 9. Cogitatiões mortaliũ timi/
de ⁊ icerte prouidẽtie noſtre. ergo ex ratione humana nul
la lex ꝓcedere põt. ¶ Sed ĉ ẽ qd Aug. i pᷓmo de li. ar. po
nit duas leges. vnã eternã. ⁊ aliam temporalem: quã dic̃
eſſe humanam. ¶ Rñ°. dõʒ: ꝙ ſicut ſupra dictũ ẽ: lex eſt
quoddaʒ dictamen practice rationis. Similis aũt ꝓceſſus
eſſe inueniṯ rationis practice ⁊ ſpeculatiue. Vtraqʒ eniʒ ex
qbuſdã pncipijs ad quaſdã cõcluſiões ꝓcedit: ut ſuperiꝰ
habitũ eſt: ſm hoc ergo dõm ẽ ꝙ ſicut i rõne ſpeculatiua
ex pncipijs idemõſtrabilibꝰ naturaliter cognitis ꝓducũ/
tur ꝯcluſiones diuerſarũ ſcientiarũ: quarũ cognitio nõ ẽ no/
bis nãliter idita: ſʒ ꝑ induſtriã rõnis inẽta. Ita ẽt ex ꝓceptis
legis nãlis quaſi ex qbuſdã pncipijs cõibꝰ ⁊ idemõſtrabi
libꝰ: neceſſe ẽ ꝙ rõ humana ꝓcedat ad aliqua magis ꝑticu
lariter diſponẽda. ⁊ iſte particulares diſpoſitiões adinuẽ/
te ſm rõnẽ humanã dñr leges humane obſeruatis alijs ꝯ
ditionibꝰ q̃ ptinẽt ad rõnẽ legis: ut ſupra dcm̃ eſt. Vñ Tul
lius dic̃ i ſua rhetorica: ꝙ initiũ iuris ẽ a nã ꝓfectũ: deinde
quedaʒ i cõſuetudinẽ ex vtilitate rõnis venerũt. poſtea res
⁊ a natura perfectas: ⁊ a ꝯſuetudine ꝓbatas: legũ metꝰ:
⁊ religio ſanxit. ¶ Ad pᷓmũ gᵒ dõm: ꝙ ratio humana nõ
põt participare ad plenuʒ dictamen rõnis diuine. ſed ſuo
modo ⁊ iperfecte. ⁊ iõ ſicut ex pte rõnis ſpeculatiue ꝑ nã
lem ꝑticipationẽ diuine ſapientie ineſt nobis cognitio quo/
rũdã cõiuʒ pncipiorũ. nõ aũt cuiuſlʒ veritatis ꝓpria cognitio ſi
cut in diuina ſapiẽtia ꝯtineṯ. Ita etiaʒ ex pte rõnis practice
naturaliter homo participat legem eternam ſm qdã cõia
pncipia: nõ autem ſm particulares directiones ſingulorũ:

que tñ i eterna lege ꝯtinet. ⁊ ideo neceſſe eſt vlterius ꝙ rõ humana ꝓcedat ad particulares quaſdã legũ ſanctiones. ¶ Ad ſecũdũ dõꝫ: ꝙ rõ humana ſcḋm ſe nõ ẽ regula rex: ſed ꝑncipia eius nãliter idita ſunt regule q̃dã gñales ⁊ mẽſure oĩuꝫ eoꝝ q̃ ſũt ꝑ hoĩeꝫ agẽda: quoꝝ rõ nãlis eſt regula ⁊ menſura: ſꝫ nõ ſit menſura eoꝝ q̃ ſũt a nã. ¶ Ad 3m dõꝫ: ꝙ ratio practica eſt circa operabilia: ⁊ que ſunt ſingularia ⁊ contingentia. nõ autem circa neceſſaria ſicut ratio ſpeculatiua. ⁊ ideo leges humane nõ poſſunt illam īfallibilitateꝫ habere quam habẽt cõcluſiones demonſtratiue ſcientiaꝝ: nec oportet ꝙ omnis menſura ſit omnimodo infallibilis ⁊ certa. ſed ſcḋm ꝙ eſt poſſibile in genere ſuo.

**Ad quartũ** ſic ꝓcedit. Ur̃ ꝙ nõ fuerit neceſſariũ eẽ aliquã legẽ diuinã. Quia ut dictum eſt. lex naturalis eſt q̃dã participatio legis eterne i nobis. ſed lex eterna eſt lex diuina: ut dcm̃ eſt. ergo ñ oꝫ ꝙ ꝑter legẽ nãlẽ ⁊ leges humanas ab ea deriuatas: ſit aliq̃ alia lex diuina. ¶ Pꝫ. Ecc. 15. dr̃ ꝙ deꝰ dimiſit hominẽ i manu ꝯſilij ſui: ꝯſiliũ aũt ẽ actꝰ rõnis: ut ſupra hitũ eſt. ergo hõ dimiſſus eſt gubernationi ſue rõnis: ſed dictamẽ rõnis humane eſt lex hũana: ut dcm̃ ẽ. gͦ ñ oportet ꝙ hõ alia lege diuina gubernetur. ¶ Pꝫ. Natura humana ẽ ſufficiẽtior irrõnalibus creaturis: ſꝫ irrõnales creature nõ hñt aliquã legẽ diuinã ꝑter iclinationẽ nãlẽ eis inditã. gͦ multo minus creatura rõnalis dꝫ hẽre aliquã legẽ diuinã ꝑter nãlem legẽ. ¶ Sꝫ ꝯ eſt ꝙ Dauid expetit legẽ a deo ſibi poni dicẽs. Legẽ pone mihi dñe i via iuſtificationum tuarum. ¶ Rñ° dõꝫ: ꝙ ꝑter legẽ nãlẽ ⁊ legẽ hũanã neceſſariũ fuit ad directionẽ hũane vite hẽre legẽ diuinã: ⁊ hͦ ꝑꝑ q̃tuor rõnes. Primo q̃dẽ. q꞉ ꝑ legẽ dirigit hõ ad actꝰ ꝓprios i ordine ad vltimũ finẽ: ⁊ ſiq̃dẽ hõ ordinaretur tñ ad finẽ q̃ nõ excederet ꝓportionẽ nãlis facultatis hoĩs ñ oporteret ꝙ hõ hẽret aliq̃d directiuũ ex ꝑte rõnis ſupra legem naturaleꝫ: ⁊ legẽ humanitꝰ poſitã q̃ ab ea deriuat: ſꝫ q꞉ hõ ordinatur ad finẽ beatitudinis eterne q̃ excedit ꝓportionẽ nãlis facutatis humane: ut ſupra hitũ ẽ: ideo neceſſariũ fuit: ut ſupra legẽ nãlẽ ⁊ humanã: dirigeret̃ ẽt ad ſuũ finem lege diuinitus data. Scḋo q꞉ ꝑꝑ icertitudinẽ hũani iudicij ꝑcipue de rebꝰ ꝯtingẽtibꝰ ⁊ particularibꝰ ꝯtingit de actibꝰ humanis diuerſoꝝ eẽ diuerſa iudicia. ex qbꝰ ẽt diuerſe ⁊ ꝯrie leges ꝓcedũt. vt ergo hõ abſq꞉ oĩ dubitatiõe ſcire poſſit qd ei ſit agẽdũ: ⁊ qd vitãdũ: neceſſariũ fuit ut i actibꝰ ꝓprijs dirigeret̃ ꝑ legẽ diuinitꝰ datã: de qua ꝯſtat ꝙ nõ põt errare. Tertio q꞉ de his põt hõ legẽ facere de qbꝰ põt iudicare iudicium aũt hoĩs eẽ nõ põt de iterioribus motibꝰ q̃ latẽt: ſꝫ ſolũ de exterioribꝰ actibꝰ q̃ apparẽt: ⁊ tñ ad ꝑfectionẽ virtutis requirit ꝙ i vtriſq꞉ actibꝰ hõ rectꝰ exiſtat: ⁊ iõ lex hũana nõ potuit cohibere ⁊ ordinare ſufficiẽter iteriores actꝰ: ſꝫ neceſſariũ fuit ꝙ ad hoc ſupueniret lex diuina. Quarto q꞉ ſic Aug. dicit i ꝑmo de li. ar. Lex humana non põt oĩa q̃ male fiũt punire: uel ꝓhibere: q꞉ duꝫ auferre vellet oĩa mala: ſequeret̃ ꝙ ẽt multa bona tollerent̃: ⁊ ipediret̃ vtilitas boni cõis: qḋ ẽ neceſſariũ ad ꝯuerſationẽ humanã: ut ergo nullũ malũ iprohibitũ ⁊ ipunitũ remaneat neceſſariũ fuit ſupuenire legẽ diuinã ꝑ quã oĩa pctã ꝓhibet̃. Et iſte quatuor cauſe tãgunt̃ i pſal. vbi dr̃. Lex dñi imaculata. i. nullã pcti turpitudinẽ ꝑmittẽs cõuertẽs aĩas. q꞉ nõ ſolũ exteriores actꝰ. ſꝫ ẽt iteriores dirigit. Teſtimoniũ dñi fidele ꝑꝑ certitudinẽ veritatis ⁊ rectitudinis. Sapiẽtiã ꝑſtãs paruulis īquãtum ordinat hoĩeꝫ ad ſupnaturalẽ finem. ⁊ diuinum. ¶ Ad ꝑm gͦ dõꝫ: ꝙ ꝑ nãlẽ legẽ ꝑticipat lex eterna ſcḋm ꝓportionẽ capacitatis humane nature: ſꝫ oꝫ ut altiori mõ dirigat hõ i vltimũ finẽ ſupernaturalẽ. ⁊ ideo ſuperaddit lex diuinitꝰ data per quã lex eterna participat altiori modo. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ ꝯſiliũ eſt iq̃ſitio q̃dã: vñ oꝫ ꝙ procedat ex ꝑncipijs naturalr̃ iditis que ſũt ꝑcepta legis nature ꝑꝑ predicta: ſed oꝫ ꝙ ſupaddant̃ q̃dã alia ꝑncipia. ſ. ꝑcepta legis diuine. ¶ Ad 3m dõm: ꝙ creature irrationales nõ ordinantur ad altiorem finem q̃ꝫ ſit finis q̃ eſt proportionatꝰ naturali virtuti ipſarum. ⁊ ideo non eſt ſimilis ratio.

**Ad quintuꝫ** ſic ꝓcedit. Ur̃ ꝙ lex diuina ſit vna tm̃. vnꝰ. n. regis i vno regno eſt vna lex: ſed totũ hũanũ genꝰ cõparat̃ ad deuꝫ ſicut ad vnũ regẽ: ſcḋm illud pſ. Rex oĩs terre deꝰ ẽ. ergo ẽ vna tm̃ lex diuina. ¶ Pꝫ. Lex oĩs ordinat̃ ad finẽ quẽ legiſlator itẽdit i eis qbus legem fert: ſed vnũ ⁊ idẽ eſt qḋ deꝰ itendit i oĩbus ſcḋm illud. 1. ad Thimoth. 2. Uult oẽs hoĩes ſaluos fieri. ⁊ i agnitionem veritatis venire. ergo vna tm̃ ẽ lex diuina. ¶ Pꝫ. Lex diuina ꝓpinquior eſſe vr̃ legi eterne que eſt vna q̃ꝫ lex nãlis quãto altior eſt reuelatio gratie q̃ꝫ cognitio nature: ſꝫ lex naturalis eſt vna oĩuꝫ hoĩuꝫ. ergo multo magiſ lex diuina. ¶ Sꝫ contra ẽ qḋ aplus dicit ad Hebreos. 7. Trãſlato ſacerdotio neceſſe eſt ut legis trãſlatio fiat: ſed ſacerdotium eſt duplex: ut ibidem dicitur: ſcilicet ſacerdotiũ leuiticum: ⁊ ſacerdotiũ chriſti. ergo etiã duplex eſt lex diuina. ſ. lex vetus ⁊ lex noua. ¶ Rñ° dõm ꝙ ſicut i ꝑmo dcm̃ ẽ. diſtinctio eſt cã numeri. Dupl'r autẽ iueniunt̃ aliq̃ diſtingui. Uno mõ ſicut ea q̃ ſunt oĩo ſpecie diuerſa: vt equus ⁊ bos. Alio mõ ſicut ꝑfectũ ⁊ ipfectũ i eadẽ ſpecie ſicut puer ⁊ vir. ⁊ hoc mõ lex diuina diſtinguit̃ in legem veterẽ ⁊ legẽ nouã. vñ aplus ad Gal. 3. cõparat ſtatũ veteris legis ſtatui puerili exiſtẽti ſub pedagogo: ſtatũ auteꝫ noue legis cõparat ſtatui viri ꝑfecti q̃ iã ñ ẽ ſub pedagogo. Attẽdit̃ aũt ꝑfectio ⁊ iperfectio legis ſcḋm tria que ad legem ꝑtinẽt: ut ſupra dcm̃ ẽ. Primo. n. ad legẽ ꝑtinet ut ordinet̃ ad bonum cõe ſicut ad finẽ: ut ſupra dcm̃ eſt: quod q̃deꝫ põt eſſe duplex. ſ. bonũ ſenſibile ⁊ terrenũ: ⁊ ad tale bonũ ordinabat directe lex vetus: vñ ſtatim Exo. 3. in ꝑncipio legis inuitat̃ populꝰ ad regnũ terrenũ cananeorũ. ⁊ iteꝝ bonũ itelligibile ⁊ celeſte: ⁊ ad hoc ordinat lex noua. vñ ſtatim xp̃s ad regnũ celoꝝ i ſue ꝑdicatiõis ꝑncipio inuitauit dicẽs. Penitentiã agite. appropinquabit. n. regnuꝫ celoꝝ. Matth. 4. ⁊ iõ Aug. dicit in. 4. ꝯ Fauſtum ꝙ temporaliũ reꝝ ꝓmiſſiones teſtamẽto veteri cõtinẽtur: ⁊ ideo vetus appellat̃: ſed eterne vite ꝓmiſſio ad nouũ ꝑtinet teſtamentũ. Scḋo ad legẽ pertinet dirigere humanos actꝰ ſcḋm ordinẽ iuſtitie i quo etiã ſupabundat lex noua legi veteri interiores actus animi ordinãdo ſcḋm illud Matth. 5. Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra pluſq̃ꝫ ſcribaꝝ: ⁊ phariſeoruꝫ: non intrabis in regnũ celoꝝ: ⁊ iõ dr̃ ꝙ lex vetus cohibet manũ lex noua animũ. Tertio ad legẽ ꝑtinet inducere homines ad obſeruãtias mandatoꝝ. ⁊ hoc q̃dẽ lex vetꝰ faciebat timore penaꝝ: lex aũt facit hoc per amorem qui in cordibus noſtris infunditur per gratiã chriſti que in lege noua confert̃: ſed in lege veteri figurabat̃. ⁊ iõ dicit Aug. cõtra adamantium Mathei diſcipulum ꝙ breuis differentia ẽ legis ⁊ euangelij: timor ⁊ amor. ¶ Ad ꝑm gͦ dõm: ꝙ ſicut paterfamilias in domo alia mandata proponit pueris ⁊ adultis: ita etiam vnus rex deus in vno ſuo regno aliam legem dedit hominibus adhuc iperfectis exiſtẽtibꝰ: ⁊ aliã ꝑfectiorẽ iã manuductis ꝑ ꝑorem legẽ ad maiorem capacitatẽ diuinoꝝ. ¶ A 2m dõm: ꝙ ſalus hominum non poterat eſſe niſi per xp̃m. ſcḋm illud actuum. 4. Nõ eſt aliud nomen datum hominibus in quo oportebat nos ſaluos fieri ⁊ ideo lex ꝑfecte oẽs ad ſalutẽ inducẽs dari non potuit niſi poſt chriſti aduentum: antea v° dari oportuit populo ex q̃ xp̃s erat naſciturus legem preparatoriam ad xp̃i ſuſceptioneꝫ: in qua quedam erudimenta ſalutaris iuſtitie ꝯtineret̃. ¶ Ad tertiũ dõꝫ: ꝙ lex naturalis dirigit hominem ſcḋm q̃dam precepta cõia in quibus conueniunt tam perfecti q̃ꝫ imperfecti. ⁊ ideo eſt vna omnium: ſed lex diuina dirigit hominem etiam in particularibus quibuſdam ad q̃ ñ ſimiliter ſe habent perfecti ⁊ imperfecti. ideo oportuit legem diuinam eſſe duplicem ſicut iam dictum eſt.

**Ad ſextũ** ſic ꝓcedit. Uidet̃ ꝙ non ſit aliq̃ lex fomitis. Dic. n. Iſidorꝰ in. 2. ethimologiaꝝ. ꝙ lex rõne ꝯſiſtit: fomes aũt nõ ꝯſiſtit rõne: ſed magis a ratione deuiat. ergo fomes non hꝫ rõnẽ legis. ¶ Pꝫ. Oĩs lex obligatoria eſt ita ꝙ qui eam non ſeruant trãſgreſſores dicuntur: ſed fomes non conſtituit aliquẽ tranſgreſſorem ex hoc ꝙ ipſum non ſequitur: ſed magis tranſgreſſor reddit̃ ſiquis ipſam ſequat̃: ergo fomes non hꝫ rationem legis. ¶ Pꝫ. Lex ordinat̃ ad bonũ cõmune: ut ſupra habitum eſt: ſꝫ fomes non inclinat ad bonũ cõmune: ſꝫ magis

ad bonum priuatum. ergo fomes nõ habet rõnẽ. ¶ Sʒ
cõtra eſt quod apoſtolus dicit Ro. vij. Uideo legẽ aliam
in membris meis repugnantẽ legi mentis mee. ¶ Rñ°
dõm: ꝙ ſicut ſupra dictum eſt. lex eſſentialiter inuenitur in
regulante ⁊ menſurãte: participatiue autẽ in eo quod me
ſuratur ⁊ regulatur: ita ꝙ omnis inclinatio uel ordinatio q̃
inuenitur in his que ſubiecta ſunt legi: participatiue dr̃ lex: ut
ex ſupra dictis pʒ: poteſt autẽ in his que ſubduntur legi ali
qua inclinatio inueniri dupliciter a legiſlatore. Uno modo
inquantũ directe ſuos iclinat ſubditos ad aliqd ⁊ diuerſos
interdũ ad diuerſos actus: ſʒ quẽ modũ dici põt ꝙ alia ẽ
lex militũ: ⁊ alia eſt lex mercatorum. Alio modo indirecte in
quantum. ſ. per hoc ꝙ legiſlator deſtituit aliquẽ ſibi ſubdi
tũ aliqua dignitate: ſequitur ꝙ tranſeat i aliũ ordinẽ: ⁊ qua
ſi in aliam legem: puta ſi miles ex militia deſtituatur trãſi
bit i legẽ ruſticorum uel mercatorum. Sic igitur ſub deo legiſ
latore diuerſe creature diuerſas habẽt naturales iclinatio
nes: ita ut quod uni eſt quodãmodo lex alteri ſit contra le
gem: ut ſi dicam ꝙ furibundum eſſe eſt quodãmodo lex
canis: eſt aũt ↄ legẽ ouis: uel alterius manſueti aĩalis. ẽ er
go hoĩs lex quã ſortitur ex ordinatione diuina ſm propriaʒ
conditionem: ut ſʒ rationem propriam operetur: que qdẽ
lex fuit tam ualida i p̃mo ſtatu: ut nihil uel preter rationẽ
uel cõtra rõnẽ poſſet ſubripere hoĩ: ſed dũ homo a deo re
ceſſit icurrit i hoc ꝙ feratur ſʒ impetuʒ ſenſualitatis: ⁊ uni
cuiqʒ etiam particulariter hoc contingit etiam quanto ma
gis a ratione receſſerit: ut ſic quodãmodo beſtijs aſſimilet
que ſenſualitatis impetu feruntur: ſm illud pſ. Homo cũ
in honore eſſet non intellexit comparatus eſt iumentis inſi
pientibus. ⁊ ſimilis factus eſt illis: ſic igitur ipſa ſenſualita
tis inclinatio que fomes dr: in alijs qdem animalibus ſim
pliciter habet rationem legis. illo tamen modo quo in tali
bus lex dici poteſt ſm directam inclinationem. In homi
bus autem ſm hoc non habet rationeʒ legis: ſed magis ẽ
deuiatio a lege rationis: ſed inquantum per diuinam iuſti
tiam homo deſtituitur originali iuſtitia ⁊ uigore rationis:
ipſe impetus ſenſualitatis qui eum ducit habet rationeʒ le
gis inquantum eſt penalis. ⁊ ex lege diuina conſequẽs ho
minem deſtitutũ propria dignitate. ¶ Ad p̃mũ ergo dõʒ:
ꝙ ratio illa procedit de fomite ſm ſe conſiderato prout in
clinat ad malum. ſic. n. non habet rationeʒ legis: ut dcm̃ ẽ:
ſed ſʒ ꝙ ſequitur ex diuine legis iuſtitia tanqʒ ſi diceretur
lex eſſe ꝙ aliquis nobilis propter ſuaʒ culpam ad ſeruilia
opera induci permitteretur. ¶ Ad 2m dõm: ꝙ obiectio il
la procedit de eo quod eſt lex quaſi regula ⁊ menſura. ſic
enim deuiantes a lege tranſgreſſores conſtituuntur: ſic au
tem fomes non eſt lex: ſed per quandam participationeʒ:
ut ſupra dictum eſt. ¶ Ad tertium dicenduʒ ꝙ ratio illa ꝓ
cedit de fomite quantum ad inclinationem propriam: non
autem quantum ad ſuam: originem. ⁊ tamen ſi conſidere
tur inclinatio ſenſualitatis prout eſt in alijs animalibus: ſic
ordinatur ad bonum cõmune. i. ad conſeruationem natu
re in ſpecie uel indiuiduo. ⁊ hoc eſt etiam in homine: pro
ut ſenſualitas ſubditur rationi. ſed fomes dicitur ſʒ ꝙ exit
rationis ordinem.

## ¶ Queſtio xcij.

**Einde** conſiderandũ ẽ de effecti
bus legis. ¶ Et circa hoc
q̃runt̃ duo. Primo utrum effectus le
gis ſit homines facere bonos. Secun
do utrum effectus legis ſint imperare:
uetare: permittere: ⁊ punire ſicut ⁊ le
giſperitus dicit.

**Ad primũ** ſic ꝓceditur. Uĩ ꝙ legis non ſit fa
cere homines bonos. Homines
. n. ſunt boni per ṽtutẽ. ṽtus. n. eſt que bonum facit haben
tẽ: ut dr̃ i. 2. ethicorum: ſʒ ṽtus eſt homini a ſolo deo. ipſe eni
eã facit in nobis ſine nobis: ut ſupra dictũ eſt: in diffinitione
ṽtutis. ergo legis non eſt homines facere bonos. ¶ P̃.
Lex non prodeſt homini niſi legi obediat: ſed hoc ipſuʒ ꝙ
homo obedit legi eſt ex bonitate. ergo bonitas prexigit̃ in
hoĩe ad legeʒ: nõ igit̃ lex facit bonos homĩes. ¶ P̃. Lex
ordinat̃ ad bonũ cõmune: ut ſupra dictum eſt: ſʒ qdaʒ be
ne ſe hñt i his que ad cõmune pertinẽt: q tamẽ i proprijs
non bene ſe habẽt: non ergo ad legẽ ꝑtinet ꝙ faciat hoĩes
bonos. ¶ P̃. Quedã leges ſunt tyrannice: ut phus dicit i
ſua politica: ſed tyrannus nõ itendit ad bonitatẽ ſubditorũ:
ſed ſolũ ad propriam utilitatẽ. non ergo legis eſt facere ho
mines bonos. ¶ Sed ↄ eſt qd̃ phus dicit in. 2. ethicorum: ꝙ
uolũtas cuiuſlibet legiſlatoris hec eſt ut faciat homines bo
nos. ¶ Rñ° dõm: ꝙ ſicut ſupra dictum eſt: lex nihil ẽ ali
ud q̃ȝ dictamẽ rationis in preſidente quo ſubditi guberna
tur. cuiuſlibet autem ſubditi ṽtus eſt ut bene ſubdatur ei a
quo gubernatur: ſicut ṽtus iraſcibilis ⁊ concupiſcibilis in
hoc conſiſtit: ꝙ ſint bene obedientes rationi: ⁊ per hũc mo
dum ṽtus cuiuſlibet ſubiecti eſt: ut habens ṽtutem bene
ſubijciatur principanti: ut philoſophus dicit in primo poli
tice. Ad hoc autem ordinatur unaqueqʒ lex ut obediat̃ ei a
ſubditis: unde manifeſtum eſt ꝙ hoc ſit proprium legis in
ducere ſubiectos ad propriam ipſorum virtutem. Cũ igi
tur virtus ſit que facit bonum habentem ſequitur ꝙ pro
prius effectus legis ſit bonos facere eos quibus datur vl̃
ſimpliciter: vel ſm quid. Si enim intentio ferentis legem
tendat in verum bonum quod eſt bonum cõe ſm iuſtitiã
diuinam regularum: ſequitur ꝙ per legem homines fiãt
boni ſimpliciter. Si vero itẽtio legiſlatoris ferat̃ ad id qd̃
non eſt bonuʒ ſimpliciter: ſed vtile vel delectabile ſibi vel
repugnãs iuſtitie diuine: tũc lex non bonos facit hoĩes ſim
pliciter: ſed ſm quid. ſ. in ordine ad tale regimẽ. Sic aũt bo
nũ inuenitur etiam in per ſe malis: ſicut aliqs dr̃ bonus la
tro. q: operatur accõmode ad finẽ. ¶ Ad p̃m g° dõ: ꝙ du
plex ẽ virtus: vt ex ſupra dictis pʒ. ſ. acquiſita ⁊ infuſa: ad
vtrãqʒ autem aliquid operatur operum aſſuetudo: ſʒ di
uerſimode. Nam virtutem quidem acquiſitam cauſat ad
virtutẽ aũt infuſam diſponit. ⁊ eam iam habitã conſeruat
⁊ promouet. ⁊ q: lex ad hoc datur vt dirigat act9 hũanos
inquãtũ act9 hũani opant̃ ad ṽtutẽ itãtũ lex fac̃ hoĩes bo
nos: vnde ⁊ phs dicit i. 2. politice. ꝙ legiſlatores aſſuefacie
tes faciũt bonos. ¶ Ad 2m dõʒ: ꝙ non ſemper aliqs obe
dit legi ex bonitate perfecta virtutis: ſed quandoqʒ qdem
ex timore pene: qñqʒ aũt ex ſolo dictamine ratõis: qd̃ eſt
quoddã principium ṽtutis: vt ſupra habitum ẽ. ¶ Ad 3m
dõʒ: ꝙ bonitas cuiuſlibet partis cõſideratur in proportio
ne ad ſuum totum. vnde ⁊ Aug. dicit in primo ↄfeſ. ꝙ tur
pis eſt oĩs pars que ſuo toti non congruit. Cum igitur qli
bet homo ſit pars ciuitatis: ipoſſibile eſt ꝙ aliqs hõ ſit bo
nus niſi ſit bene proportionatus bono cõi: nec totũ põt be
ne exiſtere niſi ex partibus ſibi ꝓportionatis. Unñ ipoſſibile
ẽ ꝙ bonũ cõe ciuitatis bñ ſe hẽat niſi ciues ſint virtuoſi: ad
minus illi qb9 ↄuenit p̃ncipari: ſufficit aũt quãtũ ad bonuʒ
cõitatis ꝙ alij intãtũ ſunt ṽtuoſi ꝙ principiũ mandatis obe
diant: ⁊ ideo phs dicit in. 3. politice: ꝙ eadẽ ẽ ṽt9 p̃ncipis ⁊
boni viri: nõ aũt eadẽ eſt ṽtus cuiuſcũqʒ ciuis ⁊ boni viri.
¶ Ad 4m dõm: ꝙ lex tyrannica cum non ſit ſm rationeʒ
non eſt ſimpliciter lex: ſed magis eſt quedam peruerſitas
legis: ⁊ tamen inquantum habet aliquid de rõne legis itẽ
dit ad hoc ꝙ ciues ſint boni: non. n. habet de ratione legis
niſi ſm hoc ꝙ eſt dictamen alicuius preſidentis in ſubdi
tis: ⁊ ad hoc tẽdit ut ſubditi legis ſint bñ obedientes: qd̃ ẽ
eos eẽ bonos: ñ ſimplr: ſʒ i ordine ad tale regimen.

**Ad ſecundũ** ſic ꝓcedit̃. Uĩ ꝙ legis actus nõ
ſint conuenienter aſſignati i hoc
ꝙ dicitur: ꝙ legis actus eſt imperare: vetare: permittere:
⁊ punire. Lex. n. omnis preceptum cõmune eſt: vt legiſ
conſultus dicit: ſed idem eſt imperare quod precipere. er
go alia quatuor ſuperfluunt. ¶ P̃. Effectus legis eſt vt i
ducat ſubditos ad bonum: ſicut ſupra dictum eſt: ſed conſi
lium eſt de meliori bono q̃ȝ preceptum. ergo magis perti
net ad legeʒ conſulere q̃ȝ precipere. ¶ P̃. Sicut homo ali
quis incitatur ad bonum per penas ita etiam ⁊ ꝑ p̃mia. er
go ſicut punire ponit̃ effect9 legis: ita ẽt ⁊ p̃miare. ¶ P̃.
Intentio legiſlatoris eſt: vt hoĩes faciat bonos. ſicut ſupra
dictum eſt: ſed ille qui ſolo metu penarum obedit legi nõ eſt
bonus: nam obedit timore ſeruili qui eſt timor penarum: ⁊ ſic

ſi bonum aliquis faciat: nõ tamẽ aliqd bonum fit: vt Aug.
dicit. nõ ergo videtur eſſe ꝓpꝛiũ legis ꝙ puniat. ¶ Sed
ↄ̃ ẽ qḋ Iſidorus dicit i. 2. ethimologiarũ. Omnis lex aut
permittit aliqd: vt vir foꝛtis pꝛemium petat: aut vetat: vt
ſacrarum virginum nuptias nulli liceat petere: aut punit:
vt q̃ cedeȝ fecerit capite plectatur. ¶ Rñ° dḋȝ: ꝙ ſicᷓ enũ
ciatio eſt rõnis dic tamen ꝑ modũ enũciãdi: ita ẽt lex ꝑ mo
dũ ꝓcipiẽdi: Rõnis ãt ꝓpꝛiũ eſt ut ex aliq̃ ad aliqd iducat:
vñ ſicᷓ i demõſtratiuis ſciẽtijs rõ iducit ut aſſentiat̃ ↄcluſiõi
ꝑ q̃dã ꝓncipia: ita ẽt iducit ut aſſentiat̃ legis ꝓcepto ꝑ aliqd.
Pꝛecepta aũt legis ſũt de actib⁹ hũanis i qbus lex dirigit:
ut ſupꝛa dcm̃ ẽ. Sũt aũt tres differẽtie hũanoꝝ actuũ. Nã
ſicut ſupꝛa dcm̃ ẽ: qdã act⁹ ſũt boni ex genere q̃ ſũt act⁹ vir
tutũ: ⁊ reſpectu hoꝝ ponit̃ legis act⁹ ꝓcipe ul̃ ipare. Pꝛe
cipit. n. lex oẽs act⁹ v̄tutũ: vt dr̃ i. 5. ethi. Quidã v̄o ſũt act⁹
mali ex genere: ſicᷓ act⁹ vitioſi. ⁊ reſpectu hoꝝ lex hȝ ꝓhi/
bere. Quidã v̄o ex genere ſuo ſũt act⁹ idifferẽtes: ⁊ reſpe
ctu hoꝝ lex habȝ ꝑmittere: ⁊ pñt ẽt idifferẽtes dici oẽs illi
act⁹ q̃ ſũt ul̃ paꝝ boni: ul̃ paꝝ mali. Id ãt ꝑ qḋ iducit lex
ad hoc ꝙ ſibi obediat̃: ẽ timoꝛ pene: ⁊ q̃ᵾtũ ad hoc ponitur
legis effect⁹ punire. ¶ Ad pᵐ g° dḋ: ꝙ ſicᷓ ceſſare a malo
hȝ quãdã rõnẽ boni: ita ẽt ꝓhibitio hȝ quãdam rõnẽ ꝓce/
pti. ⁊ ſm̃ hoc large accipiẽdo ꝓceptũ vl̃r lex ꝓceptũ dicit̃.
¶ Ad 2ᵐ dḋȝ: ꝙ ↄſulere nõ eſt ꝓpꝛius act⁹ legis. ſȝ põt ꝑ/
tinet̃ ẽt ad ꝑſonã ꝓuatã: cui⁹ nõ ẽ ↄdere legẽ: vñ ẽt Aplꝯ. i.
ad Coꝛ. 7. cum ↄſilium quoddã daret: dixit. Ego dico: non
dñs ⁊ iõ nõ ponit̃ iter effect⁹ legis. ¶ Ad 3ᵐ dḋȝ: ꝙ ẽt ꝓ
miare põt ad quẽlibet ꝑtinere: ſed punire nõ ꝑtinet niſi ad
miniſtrũ legis: cui⁹ auctoꝛitate pena iferꝛ̃: ⁊ iõ ꝓmiare nõ
ponit̃ act⁹ legis: ſed ſolũ punire. ¶ Ad 4ᵐ dḋm: ꝙ ꝑ h°
ꝙ aliqs icipit aſſueſacere ad vitãdum mala. ⁊ ad iplendũ
bona ꝓꝑ metũ pene: ꝑducit̃ quãdoqȝ ad hoc ꝙ delectabi
liter ⁊ ex ꝓpꝛia voluntate hoc faciat: ⁊ ſm̃ hoc lex etiam pu
niendo perducit ad hoc ꝙ homines ſint boni.

¶ Queſtio xciij.

d
# Deinde
cõſiderãdũ eſt de ſingul̃. Et ꝓmo de lege eterna.
Scḋo de lege nãli. Tertio ḋ lege hũa/
na. Quarto ḋ lege veteri. Quinto de
lege noua q̃ ẽ lex euãgelij. De ſexta aũt
lege q̃ ẽ lex fomitis ſufficiat qḋ dcm̃ ẽ: cũ
de pctõ oꝛiginali agerer̃. ¶ Circa ꝓmũ
queruntur ſex. Pꝛimo qd ſit lex eterna. Secundo vtruȝ
ſit oĩbus nota. Tertio vtrum omnis lex ab ea deriuetur.
Quarto vtrum neceſſaria ſubijciantur legi eterne. Quin
to vtrum contigentia nãlia ſubijciantur legi eterne. Sexto
vtrum omnes res humane ei ſubijciantur.

**Ad pꝛimũ** ſic ꝓcedit̃: Uideť ꝙ lex eterna non ſit
ſũma rõ i deo exiſtẽs. Lex. n. eter/
na ẽ vna tñ: ſed rõnes reꝝ i mẽte diuina ſunt plures. Di/
cit. n. Aug. i li. 83. q. ꝙ de⁹ ſingula fec̃ ꝓpꝛijs rõnib⁹. g° lex
eterna nõ vr̃ eẽ idẽ ꝙ rõ i mẽte diuina exñs. ¶ P̃. De rõ
ne legis eſt ꝙ v̄bo ꝓmulget̃: ut ſupꝛa dcm̃ ẽ: ſed v̄bũ i di/
uinis dr̃ ꝑſonalr̃: vt i ꝓmo hitum eſt. rõ aũt dr̃ eſſentialr̃
nõ igr̃ idẽ ẽ lex eterna qḋ rõ diuina. ¶ P̃. Aug. dic̃ i li. de
v̄a religione. apparet ſupꝛa mẽtẽ nr̃am legẽ eẽ q̃ v̄itas dr̃.
lex: aũt ſupꝛa mẽtẽ noſtrã exiſtẽs eſt lex eterna. ergo v̄itas
ẽ lex eterna: ſȝ non ẽ eadẽ rõ v̄itatis ⁊ rõnis. ergo lex eter/
na nõ eſt idem quod rõ ſũma. ¶ Sȝ ↄ̃ eſt ꝙ Aug. dic̃ i ꝓ/
mo de li. ar. ꝙ lex eterna eſt ſumma rõ cui ſemper obtẽpe/
rãdũ ẽ. ¶ Rñ° dḋȝ: ꝙ ſicᷓ i quolibet artifice ꝓexiſtit rõ eo/
rũ q̃ ↄſtituũt̃ ꝑ artẽ. ita ẽt i quolibet gubernãte oȝ ꝙ ꝓexi/
ſtat rõ oꝛdinis eoꝛum que agenda ſunt per eos q̃ guberna
tioni ſubduntur: ⁊ ſicᷓ rõ rerum fiendarum per artẽ vocat̃
ars vel exemplar rerum artificiataꝝ: ita ẽt rõ gubernantis
actus ſubditoꝛum rõne legis obtinet ſeruatis alijs q̃ ſupꝛa
eẽ dixim⁹ de legis rõne: Deus autem per ſuam ſapientiaȝ
cõditoꝛ ẽ vniuerſaꝝ reꝝ: ad quas cõparat̃ ſicᷓ artifex ad ar
tificiata: ut i ꝓmo hitũ ẽ. Eſt ẽt gubernatoꝛ oĩum actuũ ⁊
motionum que ineniuntur i ſingulis creaturis: ut ẽt i ꝓmo
hitum eſt. vnde ſicut rõ diuine ſapientie iquantum per eã
cuncta ſunt creata rõnem habet artis vel exemplaris: vel
ideę: ita rõ diuine ſapientie mouentis oĩa ad debitum finẽ
obtinet rõnẽ legis. ⁊ ſm̃ hoc lex eterna nihil aliud eſt q̃ȝ rõ
diuine ſapieatie ſm̃ ꝙ eſt directiua oĩum actuum ⁊ motio
num. ¶ Ad ꝓmũ ergo dḋm: ꝙ Aug. loqtur ibi ḋ rõnibus
idealibus que reſpiciunt ꝓꝓꝛias naturas ſingularum rerũ.
⁊ ideo i eis iuenitur quedam diſtinctio ⁊ pluralitas ſm̃ di
uerſos reſpectus ad res: ut i ꝓmo hitum eſt: ſȝ lex dr̃ dire
ctiua actuum i oꝛdie ad bonuȝ cõmune: ut ſupꝛa dcm̃ ẽ.
Ea autem que ſunt i ſeipſis diuerſa conſiderantur: vt vnũ
ſm̃ ꝙ oꝛdinantur ad aliqḋ cõmune: ⁊ iõ lex eterna ẽ vna
que eſt rõ huius oꝛdinis. Ad 2ᵐ dḋm: ꝙ circa verbũ qḋ/
cũqȝ duo poſſunt ↄſiderari. ſ. ipſum verbum: ⁊ ea q̃ v̄bo
expꝛimuntur: verbum. n. vocale eſt qddam ab oꝛe hoĩs ꝓ
latum: ſed hec verba expꝛimuntur que verbis humanis
ſignificantur. ⁊ eadem rõ eſt ḋ uerbo hoĩs mentali qḋ ni/
hil eſt aliud q̃ȝ quiddã mẽte cõceptũ q̃ hõ expꝛimit menta
liter ea ḋ qbus cogitat. Sic igr̃ i diuinis ipȝ v̄bũ qḋ ẽ ↄce/
ceptio paterni itellect⁹ ꝑſonalr̃ dicitur: ſed omnia quecũqȝ
ſunt in ſcientia patris: ſiue eſſentialia: ſiue ꝑſonalia: ſiue etiaȝ
dei oꝑa expꝛimunt̃ hoc v̄bo. ut pȝ ꝑ Aug. i. 15. de tri. ⁊ i/
ter cetera q̃ hoc v̄bo expꝛimũt̃ ẽt ipa lex eterna v̄bo ipo
expꝛimit̃: nec tñ ꝓꝑ hoc ſeqt̃ ꝙ lex eterna ꝑſonalr̃ in diui/
nis dicat̃: appꝛopꝛiat̃ tñ filio ꝓꝑ ↄueniẽtiã quã hȝ rõ ad v̄
bũ. ¶ Ad tertium dḋm: ꝙ rõ itellectus diuini alr̃ ſe habȝ
ad res q̃ȝ rõ hũani intellectus. Intellectus. n. humanus eſt
menſurat⁹ a rebus ut ſupꝛa ↄceptus hoĩs nõ ſit verus ꝓꝑ
ſeipſum: ſȝ dr̃ verus ex hoc ꝙ ↄſonat rebus. Ex hoc. n. ꝙ
res ẽ vel nõ ẽ opinio vera vl̃ falſa ẽ: itellectus v̄o diuin⁹ eſt
mẽſura rerum: q: vnaqueqȝ res intantũ habet de verita/
te inquantum imitatur intellectum diuinum: vt in pꝛimo
dictum eſt: ⁊ ideo intellectus diuinus eſt verus ſm̃ ſe: vn
de ratio eius eſt ipſa veritas.

**Ad ſecundũ** ſic ꝓcedit̃. Uideť ꝙ lex eterna nõ
ſit oĩbus nota. Quia vt dic̃ apo
ſtolus: 1. ad Coꝛ. 2. Que ſunt dei nemo nouit niſi ſpũs dei:
ſed lex eterna eſt quedam rõ in mente diuina exiſtens: er/
go oĩbus eſt ignota niſi ſoli deo. ¶ P̃. Sicut Auguſtinus
dicit in libꝛo de li. ar. lex eterna eſt qua iuſtũ eſt vt oĩa ſint
oꝛdinatiſſima: ſed non omnes cognoſcunt qualiter oĩa ſint
oꝛdinatiſſima. ergo non omnes cognoſcũt legem eternaȝ.
¶ P̃. Auguſtinus dicit in libꝛo de vera religiõe ꝙ lex eter
na eſt de qua hoĩes iudicare non pñt: ſed ſicut in ꝓmo ethi
coꝛum dicit̃: vnuſquiſqȝ bene iudicat que cognoſcit. ergo
lex eterna non eſt nobis nota. ¶ Sed ↄ̃ ẽ qḋ augu. dicit i
libꝛo de libero arbitrio ꝙ eterne legis notio nobis ipꝛeſſa
eſt. ¶ Rñ°. dḋȝ: ꝙ duplr̃ aliquid cognoſci põt. Uno mo
do in ſeipſo. alio modo in ſuo effectu in quo aliqua ſimili/
tudo eius inuenitur: ſicut aliquis non videns ſolem in ſua
ſubſtantia cognoſcit ipſuȝ in ſua irradiatione. Sic igit̃ dḋȝ
eſt ꝙ legem eternam nullus poteſt cognoſcere ſm̃ ꝙ i ſe/
ipſa eſt niſi ſolus deus ⁊ beati qui deum per eſſentiã vidẽt
ſȝ oĩs creatura rationalis ipſam cognoſcit ſm̃ aliquã eius
irradiationẽ vel maioꝛẽ: vel minoꝛẽ. oĩs. n. cognitio verita/
tis eſt q̃dã irradiatio ⁊ participatio legis eterne q̃ ẽ veritas
incõmutabilis: ut auguſtinus dicit in li. de vera religione.
Ueritatem aũt oẽs aliqualr̃ cognoſcũt ad minus quantuȝ
ad pꝛincipia cõia legis naturalis. in alijs v̄o qdaȝ plus ⁊ q̃/
dam minus participãt de cognitiõe v̄itatis. ⁊ ſȝ h° ẽt plus
vl̃ min⁹ cognoſcũt legẽ eternã. ¶ Ad ꝓmũ g° dḋm: ꝙ ea
que ſunt dei in ſeipſis quidem cognoſci a nobis non pñt:
ſed tamen in effectibus ſuis nobis manifeſtantur. ſȝ illud
Ro. 1. Inuiſibilia dei per ea que facta ſunt intellecta cõſpi/
ciuntur. ¶ Ad ſecũdũ dḋȝ: ꝙ legem eternam: ⁊ ſi vnuſ/
quiſqȝ cognoſcat pꝛo ſua capacitate ſm̃ modum pꝛedictũ:
nullus tamẽ eã cõpꝛehendere põt. Non. n. totalr̃ manife/
ſtari poteſt ꝑ ſuos effectus. ⁊ ideo non opoꝛtet ꝙ quicũqȝ
cognoſcit legẽ eternã ſm̃ modũ ꝓdictũ. cognoſcat totũ oꝛ/
dinẽ reꝝ quo oĩa ſunt oꝛdinatiſſima. ¶ Ad 3ᵐ dḋȝ: ꝙ iu/
dicare de aliquo ꝓt itelligi duplr̃. Uno mõ ſicᷓ vis cogniti/
ua diiudicat ḋ ꝓꝓꝛio obiecto. ſȝ illḋ Iob: 12. Nõne auris v̄
ba diiudicat ⁊ fauces cõmẽdẽtis ⁊ ſapoꝛẽ. ⁊ ſȝ iſtũ modũ
iudicij ph̃s dic̃ ꝙ vnuſqſqȝ bñ diiudicat q̃ cognoſcit iudicã

do ſupra an ſit uex qđ ꝓponit. Alio mõ ſm ꝙ ſuꝑior iudicat de inferiori quodã practico iudicio: an. ſ. ita debeat eſſe uel non ita: ⁊ ſic nullus poteſt iudicare de lege eterna.

**Ad tertiũ** ſic ꝓcedit. Vr̃ ꝙ non oĩs lex a lege eterna deriuet̃. Eſt. n. q̃dã lex fomitis: ut ſupra dictũ eſt: ipſa ãt nõ deriuat̃ a lege diuina q̃ ẽ lex eterna: ad ipſaȝ. n. ꝑtinet prudentia carnis: de qua apoſtolus dič ad Ro. 8. ꝙ legi dei nõ põt eẽ ſubiecta: ergo nõ oĩs lex ꝓcedit a lege eterna. ℂ P̃. A lege eterna nihil iniquum ꝓcedere p̃t: q: ſič dcm̃ ẽ: lex eterna ẽ ſm quã iuſtũ ẽ ut oĩa ſint ordinatiſſima: ſȝ q̃dã leges ſunt inique. ſm illud Iſa. 10. Ve q ꝯcedũt leges iniquas: ergo nõ oĩs lex ꝓcedit a lege eterna. ℂ P̃. Aug. dicit in p̃mo de li. ar. ꝙ lex q̃ ꝑplo regẽdo ſcribit̃: recte multa ꝑmittit q̃ ꝑ diuinã ꝓuidẽtiã uindicant̃: ſed rõ diuine prouidentie eſt lex eterna: ut dictũ ẽ: ergo necẽ oĩs lex recta ꝓcedit a lege eterna. ℂ Sed ꝯ̃ ẽ qđ ꝓuer. 8. diuina ſapiẽtia dicit. Per me reges regnãt ⁊ legũ cõditores iuſta decernũt. Rõ aũt diuine ſapientie ẽ lex eterna: ut ſupra dictum eſt: ergo oẽs leges a lege eterna ꝓcedũt. ℂ Rñ°. dõm: ꝙ ſicut ſupra dictũ ẽ: lex importat rõnẽ quãdã directiuã actuũ ad finẽ. In oĩbus aũt mouentibꝰ ordinatis oȝ ꝙ uirtꝰ ſecũdi mouẽtis deriuet̃ a vtute mouẽtis p̃mi: q: mouẽs ſecũdũ nõ mouet niſi inquãtũ mouet̃ a p̃mo: vñ in oĩbus gubernãtibꝰ idẽ uidemꝰ ꝙ rõ gubernatiõis a p̃mo gubernãte ad ſecũdos deriuat̃: ſicut rõ eoꝝ q̃ ſunt agẽda in ciuitate deriuat̃ a rege ꝑ p̃ceptũ in inferiores adminiſtratores. Et i artificialibꝰ ẽt rõ artificialiũ actuũ deriuat̃ ab architectore ad inferiores artifices q manu opant̃: cũ ergo lex eterna ſit rõ gubernationis in ſupremo gubernãte neceſſe ẽ: ꝙ oẽs rõnes gubernatõis que ſunt in iferioribꝰ gubernãtibꝰ a lege eterna deriuent̃. Huiuſmodi ãt rõnes iferioꝝ gubernãtiũ ſũt q̃cũq; alie leges p̃ter legẽ eternã: vñ oẽs leges iq̃tũ ꝑticipãt de rõne recta intãtũ deriuãt̃ a lege eterna. Et ꝑꝑ hoc Aug. dicit in p̃mo de li. ar. ꝙ i tꝑali lege nihil ẽ iuſtum ac legitimum qđ ñ ex eterna hoĩes ſibi deriuauerũt. ℂ Ad pm gº dõȝ: ꝙ fomes hȝ rõnẽ legis i hoĩe inq̃tũ ẽ pena ꝯñs diuinã iuſtitiã. ⁊ ſȝ hoc manifeſtũ ẽ ꝙ deriuat̃ a lege eterna. Inquãtũ vo̾ iclinat ad pctm̃: ſi ꝯ̃riat̃ legi dei ⁊ nõ hȝ rõnẽ legis: ut ex ſup̃ dictis pȝ. ℂ Ad 2m dõm: ꝙ lex humana intãtũ hȝ rõnem legis inquãtũ eſt ſm rõnem rectã: ⁊ ſm hoc manifeſtuȝ ẽ ꝙ a lege eterna deriuatur inquãtuȝ vo̾ a ratiõe recedit ſic dicitur lex iniqua: ⁊ ſic ñ hȝ ratiõeȝ legis: ſed magis uiolẽtie cuiuſdam: ⁊ tamẽ i ipſa lege iniqua iquãtum ſeruat̃ aliq̃d de ſimilitudine legis ꝓpter ordinẽ ꝑtãtis eius qui legeȝ fecit: ſm hoc etiã deriuat̃ a lege eterna. Oĩs. n. poteſtas a dño deo ẽ: ut dr̃ Ro. 13. ℂ Ad 3m dõȝ: ꝙ lex humana dicitur aliqua ꝑmittere: ñ quaſi ea approbãs: ſed q̃ſi ea dirigere nõ potẽs: multa aũt dirigũtur lege diuina q̃ dirigi ñ poſſunt lege humana: plura. n. ſubdũtur cauſe ſuꝑiori q̃ⱥ iferiori: unde hoc ipm̃ ꝙ lex humana ñ ſe intromittit de his que dirigere ñ poteſt: ex ordine legis eterne ꝓuenit. Secꝰ autem eẽt ſi approbaret ea que lex eterna reprobat: unde ex hoc ñ habetur ꝙ lex humana ñ deriuetur a lege eterna: ſed ꝙ ñ eam perfecte aſſequi poſſit.

